MASTER
NEGATIVE
NO. 92-80773-9

AUTHOR:
SEUME, HERMANN

TITLE:
DE SENTENTIIS CONSECUTIVIS GRAECIS

PLACE:
GOTTINGAE

DATE:
1883

Master Negative #

92-80773-9

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Seume, Hermann, 1856-
De sententiis consecutivis Graecis; dissertatio inauguralis quam... scripsit Hermannus Seume... Gottingae, Kaestner, 1883.
66 p. 21 cm.

Thesis, Göttingen.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 9/25/92 INITIALS MGY
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

De sententiis consecutivis Graecis.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

AUCTORITATE ATQUE CONSENSU

IN

ACADEMIA GEORGIA-AUGUSTA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

HERMANNUS SEUME,

SAXO-BORUSSUS.

GOTTINGAE MDCCCLXXXIII

TYPIS EXPRESSIT OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA.

GUIL. FR. KAESTNER.

De sententiis consecutivis, quae particula ὥστε introducuntur, homines docti multa falsa statuerunt, multa integra reliquerunt: particula ὥστε ex quibus voculis composita sit, inter se dissentiunt; sententias ex ea pendentes proprie comparativas esse plerique dixerunt, nemo demonstravit; de temporum, negationum usu iudicia ferri non possunt, et quae sunt similia. Quare mihi in animo est de particulae ὥστε significatione et de sententiarum consecutivarum natura, origine, usu accurate disserere. Res, de quibus idem iudico atque alii, breviter exemplis illustrabo, ceteras uberrime tractabo. Exempla autem tantum ex antiquioribus scriptoribus afferam, maxime ex oratoribus, qui artissima sententiarum per particulam ὥστε coniunctione, in qua magna est vis oratoria, creberrime utuntur, licentiis autem a communi sermone abhorrentibus carent; apud posteriores sinceritas Graeci sermonis nimis contaminata est.

Commentationes de sententiis consecutivis scriptas praeter ea, quae in libris grammaticis inveniuntur, tres tantum novi, quarum una de particula ὥστε commentatio I (se alteram esse pollicitum auctor ipsa p. 18 sperat futurum esse, ut lectores obliviscantur) a Tito Wilde Gorlitzi a. 1861 edita nihil est nisi inutilis exemplorum Thucydideorum enumeratio, altera „über die Partikel ὥστε“ ab Eichnero Gleiwitzi a. 1882 edita ad usum scholarum conscripta est, tertiam Welleri „Bemerkungen zur griechischen Syntax“ (Meiningae 1845), in qua p. 13—15 sententiae consecutivae breviter tractatae sunt, ut nanciscerer, serius mihi contigit quam ut ea uterer.

§ 1.

De vi particulae ὥστε.

Primum, quae sit vis particulae ὥστε quaeramus. Varia et diversa sunt de ea hominum doctorum iudicia. Nonnulli, ut G. F. Gaylerus, partic. Graeci sermonis negat. p. 217, similitudine usus, quae est inter particulam ὥστε post fortiorem interpunctionem positam et Latinum *itaque*, in eum errorem deducti sunt, ut ὥστε compositum esse ex demonstrativo ὥς et copulativo τέ et proprie nihil aliud significare quam *itaque, et ita* arbitrarentur. Quam sententiam perversam esse per se patet; nam ex eo, quod ὥστε certis in locis verti potest *itaque, et ita*, nulla evadit causa, cur hanc primam atque genuinam eius vim esse sumamus, cum praesertim infinitivi constructionem ex ea nullo modo explicare possimus (vide quae inepte de hac re dicit Gayl. l. d.).

Alii rectius de adverbio relativo ὡς et particula indefinita τέ cogitantes putaverunt ὥστε eodem modo ex ὅτε derivandum esse quo ὡς ex ὅς, sed tam diverse de eius vi iudicaverunt quam de τέ; qua de causa opus est nos hanc particulam respicientes accuratius de singulis sententiis agere; quaestionem de particula τέ difficillimam neque ad hunc usque diem satis expeditam, quamquam artissime cum nostra cohaeret, totam hoc loco pertractare non licet, sed quam maxime respecturi sumus. F. Handius (de partic. Graecis, Jenae 1823 I. de partic. τέ) in vocabulo τέ non primitivam inesse significationem copulandi, sed vim aequandi sive comparandi, qua duas res aequali ratione inter se cohaerere indicetur, putat (p. 7). „Eo enim duae notiones aut duae enuntiationes ita coniunguntur, ut res altera sive temporis, sive caussae, sive alius generis aequalitate cum altera re componatur et in utriusque partis nexu appareat comparationis vinculum. Quare ea, quae hoc modo, quem relativum nominaverim, nectuntur, non fortuita esse possunt, sed habent certam necessitudinem". Quam comparandi vim maxime cerni dicit in nonnullis vocabulis, in quibus τέ comparationis et aequalitatis notionem addat: ὥστε, εἶτε, ἔστε, τότε, τοῖος. „Ὥστε differt ab ὡς comparationis notione, quae in ipso vocabulo inest, magis expressa, uti nos *gleichwie*, *so wie* et *wie* Latini *sicuti* et *uti* distinguunt: quapropter utrum ponatur, parum refert in plurimis locis. Quae etiam cum reliquo usu huius vocis conveniunt. Nam grammatici quum tradunt, ὥστε etiam significare *ut* et *itaque*, non satis animadvertunt ipsam significationis originem, quae in eo cernitur, quod ex collata re fit conclusio. Nos id notamus vocabulo *so* in *so dass*, et *so denn*: ὥστε μὴ στένε, *so seufze nicht*." Quae sententia neque exemplis vernaculis aut Latinis parum apte allatis neque usu Graecorum affirmatur; comparationis et aequalitatis notio, si in vocabulis cum τέ compositis inest, ne dicam de iis, in quibus τέ nihil comparationis addit, hac particula non efficitur. Si ὥστε ab ὡς nulla alia ratione differret quam comparationis notione magis expressa, eas particulas non promiscue usurpari plane mirum esset. Ceterum Handius ipse in tanta inconstantia versatur, ut contra censorem dissertationis I. (in ephemer. liter. Lipsiens. a. 1823 num. 245) doctrinam suam defendens in dissert. II. p. 4 dicat: „in τέ, quae primitiva est vocula, sive in componendis vocabulis adhaereat, sive, quod ille censor negare videtur, anteponatur, una semper apparet significatio, quam ei propriam et nativam diximus. Haec enim est vis quaedam demonstrativa, quam natura ipsa infantes pueros uno vel simili modo exprimere docet; unde ex hac quidem parte cognatae sint voces τέ, ὥστε, τοῖος, *tum*, *tam*, *tot*, *da*, der".

Similiter Hartungius in libro suo „Lehre von den Partikeln der griech. Spr." I. p. 64 sqq. docere studet τέ casum pronominis demonstrativi τό esse, ὥστε igitur, cum ὡς sit dass, significare so dass.

Wentzelius quoque („Ueber den Gebrauch der Partikel τέ bei Homer", progr. Glogav. a. 1847) τέ plerumque cum nostro demonstrativo da componi posse et primo demonstrativam vim habere, ita ut etiam vocabulis, quibuscum unam notionem efficiat, demonstrativam vim addat, putat; „z. B. οἷός τ' εἰμί ich bin ein solcher, dass ich; ich bin im Stande, ganz wie τοῖος; ferner das folgernde ὥστε und ἐφ' ᾧτε". Relativa οἷος, ὥστε, ἐφ' ᾧτε sim. τέ ad-

dito nunquam demonstrativa fiunt; cur opus sit particula τέ demonstrativa praecedente ante ὥστε adverbio οὕτως vel adiectivo τοιοῦτος, nullam affert causam Wentzelius, qui omnino tam latis et tam incertis finibus eius usum circumscribit, ut fere nullae enuntiationes excogitari possint, in quibus τέ non collocandum aut supplendum sit. De constructione consecutivi ὥστε nihil amplius dicit. Klotzius (ad Devar. p. 739), qui particulam τέ ex τοί enatam esse atque in quibusdam formulis, ut in ὅστε, οἷός τε, ὥστε, nihil aliud nisi ut universa magis relativa vis, quae sit in pronomine, esse videatur, efficere putat, ὡς *ut* ὥστε proprie *ut quodam modo* esse dicit. Quamquam neque τέ ex τοί derivatum probo neque, quomodo hoc τέ illam vim acceperit, satis intelligo, tamen discrimen inter ὡς et ὥστε rectissime positum esse mihi videtur. Mirum hoc erit vera ex falsis concludi; sed Klotzius, qui etiam alias formas correptione et productione diversas, ut μέν et μήν, δέ et δή, communem originem habere putat, vim particulae τέ et τοί correptae magis magisque imminutam, ut in illum modum relativam pronominis vim leniter commutaret, in animo cogitans, fortasse inscius, eam sententiam secutus est, quam multis ante annis protulerat G. Hermannus multa de particula τέ docens, quae memoria dignissima sunt. Atque ea, quae in Eurip. Med. ed. Elmsl. Lips. 1822 p. 331 et 334 de καί particula coniunctiva, τέ adiunctiva dicit, facile dubitari potest num recta sint; nam si ei concederemus „particulam τέ usurpari, ubi quid adnectitur, quod ad rem, de qua sermo est, non pertinet neque cum ea cohaeret", in permultis locis explicandis haereremus. Probabiliora sunt eius verba ad Viger. p. 833 ed. 4: „Multum differunt καὶ et τὲ, quarum particularum prior proprie est *et*, altera autem *que*, quae proprie non copulat, sed rem reddit incertam, ut fere nostro *etwa* respondeat. Hinc ὅστε, οἷός τε, ὥστε, ἔνθα τε et quae reliqua sunt huius modi explicari debent". — „Latine *ferme* dicas, referens ad id, quod solet fieri. Ideo singula facta incerta" et in libr. IV de particula ἄν p. 11: „Probabilia denique per particulam τὲ exprimuntur, quae Germanice plerumque per *ja* encliticam exprimi potest, Latina in lingua *fere* vel *nimirum* non prorsus alienae sunt, sed aliquanto tamen fortiores". Iniuria Hermannus ad eruendam communem copulativi et indefiniti τέ vim a copulativo exit; sed quid efficiat τέ in relativis uti οἷός τε, ὅστε, ὥστε, in universum recte mihi videtur definire. De singulis his relativis, id quod quisque aegre feret, nihil amplius dicit; nam iis, quae de ὅστε habet in praefatione ad Soph. Oed. R. ed. III. Erfurdt. p. VI: "Ὅςτε proprie significat *quique*, quod non plane idem est ut καὶ ὅς, *et qui*. Nam καὶ atque et coniungunt ea, quae ut necessario quodam modo copulata cogitari volumus; τε autem et *que*, quae fortuito, nulla necessitate, consociantur. — Hinc τε et *que* saepissime lenius id significant, quod fortius *omnino*, *caeterum*, *fere* dixeris. Atqui *qui fere* est *quicunque*. In reddenda autem ratione ὅςτε, fortius indicata significatione, est *qui omnino*, i. e. *qui quoquo modo rem spectas*" rem certiorem non reddit, ante omnia discrimen leniorem inter et fortiorem significationem parum accurate atque distincte constituit, quod eo magis desideramus, quod is qui postea de hac re uberius disseruit, non recte, ut mihi videtur, de hoc discrimine iudicavit.

Kvíčala enim, qui in annal. Zeitschrift für öst. Gymnas. a. 1864 p. 393—422 accuratissime de particula τέ agit, demonstrat eius genera, quae alii discernunt, ex eodem fonte fluxisse, genuinam autem eius vim esse indefinitam; ideoque ὅστε proprie esse *der irgend*, *welcher irgend*, quae significatio in compluribus Homeri locis cognoscatur; paulatim autem eam aut auctam esse, ut fieret *quicumque*, *wer auch immer*, aut imminutam prope simplicis relativi vim, ut discrimen inter ὅστε et ὅς fere evanesceret; eundem in modum ὥστε modale, quod proprie *wie irgend* sit, hanc vim aut integram servavisse, sicuti in similitudinibus, aut permutavisse in „*wie nur immer*, *ganz so*, *wie es überhaupt möglich ist*, *durchaus*, *schlechterdings*". Particulam τέ cognatam esse cum Sanscritica *ca* et Latina *que* primitusque esse indefinitam inter omnes, qui nunc sunt, homines doctos constat neque minus nemo erit, qui factum esse ut haec genuina significatio adaugeretur et imminueretur neget; quare sat est Kvíčalae sententiam in universum comprobasse; sed dubium videtur, num fortiorem et leniorem

usum recte distinguat. Mihi quidem fortiorem latioribus finibus videtur circumscribere. Argumenta eius eo exactius examinanda sunt, quod non nemo ea pro certis habenda esse putabit.

Concedendum est ὅσος τε in locis ut Il. 22, 115 **πάντα μάλ' ὅσσα τ' Ἀλέξανδρος κοίλῃς ἐνὶ νηυσὶν ἠγάγετο Τροίηνδ'** significare „so viel nur, so viel immer“, mensuram autem indicans esse „*fere*, etwa, ungefähr“, quae notio ex indefinita irgend facillime oriri poterat: Il. 3, 12 **τόσσον τίς τ' ἐπὶ λεύσσει, ὅσον τ' ἐπὶ λᾶαν ἵησιν;** neque minus rectum est **οἷός τε** primitus esse „*qualiscunque, wie immer beschaffen, die (nöthige) Beschaffenheit ganz, vollkommen habend*“, ita ut **οἷός τέ εἰμι τοῦτο ποιεῖν** sit „*ich bin wie immer beschaffen, ich bin vollkommen so beschaffen (vollkommen angethan), um dies zu thun*“. Sed in similitudinibus, ut Il. 7, 208 **σεύατ' ἔπειθ' οἷός τε πελώριος ἔρχεται Ἄρης,** ρ 157 saepius haec fortior significatio non quadrat; Kvíčala vertit Od. 14, 62 sq. **ὅς κεν ἔμ' ἐνδυκέως ἐφίλει καὶ κτῆσιν ὄπασσεν, οἷά τε ᾧ οἰκῆϊ ἄναξ εὔθυμος ἔδωκεν** „*dergleichen nur immer ein wohlwollender Herr seinem Diener zu geben pflegt*“; 19, 232 sq. **τὸν δὲ χιτῶν' ἐνόησα περὶ χροΐ σιγαλόεντα, οἷόν τε κρομύοιο λοπὸν κάτα ἰσχαλέοιο** explicat: „*wie immer die Schale einer getrockneten Zwiebel weich (fein) sein kann, so weich war der Leibrock*“, was ebenso viel ist als „*ganz, genau so weich wie —*“. Huic explicationi repugnat similitudinum universa natura atque condicio; nam in similitudinibus non tam res prorsus inter se similes atque in omnibus partibus congruentes componuntur quam quae aequalitatem quandam praebent, eandem autem naturam habent non nisi in certis quibusdam partibus; quod maxime elucet ex usu adiectivorum **ἐναλίγκιος, ὁμοῖος, ἴσος** sim., quae omnia non convenientiam congruentiamque, sed similitudinem aliquam exprimunt. Natura igitur similitudinum postulat, ut Od. 19, 232 vertamus non „*ganz, genau so weich wie —*“, sed „*ungefähr, etwa so weich wie*“; neque eandem speciem praebet Aiax (Il. 7, 208) procedens ac Mars, sed tantum similem cet. Quae explicatio ob eam causam aptior mihi videtur, quod saepe apud Homerum significationem particulae τέ tam imminutam atque deflexam

invenimus, ut relativorum vim nullo modo mutet. Kvíčala ipse p. 402 demonstrat ex coniunctione temporali ὅτε indefinitam particulae τέ notionem, quae servata sit in Il. 6, 506 **ὡς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος . . . δεσμὸν ἀπορρήξας θείῃ πεδίοιο**, sensim tantopere evanuisse, ut τέ iterum affigeretur, ὅτετε „*wann irgend, wann immer nur*“ (Il. 2, 471. 782) atque etiam hoc compositum ὅτετε interdum (Il. 3, 189 **ἤματι τῷ ὅτε τ' ἦλθον Ἀμαζόνες ἀντιάνειραι,** Od. 7, 323 **οἵ μιν ἴδοντο λαῶν ἡμετέρων, ὅτε τε ξανθὸν Ῥαδάμανθυν ἦγον ἐποψόμενον Τιτυόν** al.) usurpari, ubi sermo sit de singulis factis. Similiter usurpatur ἐπεί τε, maxime ab Herodoto. Cuius difficultatis tollendae Kvíčala putat duas esse rationes, aut sumendum vim particulae τέ sic minutam esse, ut ὅτετε non plus valeret quam illud ὅτε, aut, quam explicationem ipse praefert, τέ significationem nactum esse „*einmal, einst*“, quae orta sit facillime ex „*zu irgend einer Zeit*“. Mihi quidem prior explicatio sola recta videtur, quod accuratius exquirere longum est; sed utut res est, videmus genuinam particulae τέ vim in coniunctionibus ὅτε et ὅτετε tam exiguam esse, ut fere evanuisse censenda sit; quare probabilius est in iis quoque relativis, quae similitudinibus introducendis inserviant, eam potius minutam quam auctam esse. Simile aliquid de particulae ὥστε usu mirum in modum Kvíčala ipse sensit; dicit enim p. 405 ὥστε habere aut notionem non mutatam „*wie irgend*“, eamque in similitudinibus, ut Il. 3, 23 **ὥστε λέων ἐχάρη μεγάλῳ ἐπὶ σώματι κύρσας, — ὣς ἐχάρη Μενέλαος,** 11, 67 **οἱ δ', ὥστ' ἀμητῆρες ἐναντίοι ἀλλήλοισιν ὄγμον ἐλαύνωσιν — ὣς Τρῶες καὶ Ἀχαιοὶ ἐπ' ἀλλήλοισι θορόντες δῄουν,** 15, 410 **ἀλλ' ὥστε στάθμη δόρυ νήϊον ἐξιθύνει τέκτονος ἐν παλάμῃσι δαήμονος — ὣς μὲν τῶν ἐπὶ ἶσα μάχη τέτατο πόλεμός τε**) aut „*wie nur immer, ganz so wie es überhaupt möglich ist*«. Ὥστε igitur tantum, ubi convenientiam et congruentiam indicat, uti Il. 3, 380 **τὸν δ' ἐξήρπαξ' Ἀφροδίτη ῥεῖα μάλ' ὥστε θεός,** *ut deus*, „*ganz wie eine Gottheit*“, 18, 518 **καλὼ καὶ μεγάλω σὺν τεύχεσιν, ὥστέ θεώ περ,** Od. 10, 282. 9, 421, vel, id quod idem est, ante participia causam affert, uti Herod. 1, 73. 127. 5, 83. 101. 6, 94, fortiorem significationem habere putat, in similitudinibus autem leniorem „*wie irgend*“

vel *„wie etwa, ungefähr, ut fere“*, nimirum quia notionem *„ganz so, wie es überhaupt möglich ist“* ad similitudines exprimendas non idoneam esse per se patet. Qua de causa ei non assentior hic illic etiam in similitudinibus fortiorem significationem praeferenti, ut Od. 1, 308 *ἤτοι μὲν ταῦτα φίλα φρονέων ἀγορεύεις, ὥστε πατὴρ ᾧ παιδί*, ubi vertere mavult: *„wie nur immer ein Vater seinem Sohne wohlwollend rathen kann“*; quae ratio incertior atque inconstantior est, quam ut ullo modo ferri possit; eadem ubique significatio in similitudinibus sumenda est. Haec autem, si ea, quae supra de comparando in universum exposuimus, recta sunt, nulla alia esse potest quam lenior illa. Quam ad rem diiudicandam advertendum videtur esse ad usus discrimen quoddam, quod intercedit *ὥστε* inter et *ὡς*. Buttmannus enim in lexil. I. p. 239 sq. demonstrat Homerum particulam *ὡς* non aliter posuisse, nisi integra enuntiatio verbo vel participio adiuncto sequatur; eximenda esse tantum eiusmodi exempla, in quibus ellipsis facile cognoscatur, uti Od. 14, 441 *αἴθ' οὕτως, Εὔμαιε, φίλος Διὶ πατρὶ γένοιτο, ὡς ἐμοί*; in veris autem comparationibus, in quibus *ὡς* nominativo vel accusativo praemissum Latino *instar* respondeat, nullum locum habere; hic enim aut *ὥς* nominibus postponi, velut *θεὸς ὥς, λυκοὶ ὥς* sim. aut *ὥστε, ἠΰτε* usurpari. Quae observatio, dummodo rem accuratius inspiciamus, iis, quae Spitznerus in exc. XXVI ad Hom. Iliad. p. XXXVI sq. exponit, non refellitur, sed tantum corrigitur. Verum est *ὡς* eodem modo, quo in Il. 2, 144 *κινήθη δ' ἀγορή, ὡς κύματα μακρὰ θαλάσσης*, ubi Buttmannus cum Zenodoto *φῆ κύματα μ. θ.* scribere vult, etiam in aliis locis nominibus praemitti in comparationibus: Il. 21. 281 *νῦν δέ με λευγαλέῳ θανάτῳ εἵμαρτο ἁλῶναι ἐρχθέντ' ἐν μεγάλῳ ποταμῷ, ὡς παῖδα συφορβόν*. 19, 403. 23, 430. Od. 15, 470; sed nec notum illud *ὡς* nomini et adiectivo interiectum vel nomine praecedente, Od. 11, 413 *σύες ὣς ἀργιόδοντες*, vel adiectivo, Il. 13, 137 *ὀλοοίτροχος ὣς ἀπὸ πέτρης*, aut nomini subiunctum verbo finito adhaerente, Od. 2, 47. 234 *πατὴρ δ' ὣς ἤπιος ἦεν*, neque *ὥστε* integras enuntiationes introducens, Il. 3, 23 *ὥστε λέων ἐχάρη κτέ.* vel nomini uni et soli adiunctum, Il. 6, 513 *τεύχεσι παμφαίνων ὥστ'*

ἠλέκτωρ vel denique nomini simplici subiunctum, sed tamen verbo finito exceptum, Il. 15, 630 *αὐτὰρ ὅγ' ὥστε λέων ὀλοόφρων βουσὶν ἐπελθών, αἵ ῥά τ' . . νέμονται κτέ.*, haec omnia non vera argumenta sunt, quibus Buttmanni observatio redarguatur. Constat *ὡς* in veris comparationibus iisque brevioribus, quae, similitudinem non integra enuntiatione, sed simplici nomine ita indicant, ut verbum finitum ex primaria sententia supplendum sit, praeter paucos illos Il. 2, 144. 19, 403. 23, 430. Od. 15, 479, ubi nomini praemittitur, semper post nomen poni, ante nomen autem *ὥστε, ἠΰτε* sim. inveniri. Cuius usus quae sit causa, non satis perspicuum est; tamen hoc ex eo colligendum mihi videtur particulam *τέ* effecisse, ut *ὥστε* tanto liberius usurparetur quam *ὡς*; cum enim particula *τέ* etiam in ceteris fere omnibus particulis tam breviorum quam longiorum comparationum insit, ut in *ὡς εἴ τε, ὡς ὅτε, ἠΰτε, ὡς ὅτε τε, ὡς δ' ὅτ' ἄν, ἅτε, οἷός τε, ὅσσον τε* al., non dubium est, quin maxime idonea fuerit ad comparandum. Idonea autem non fuisset, si *omnino, prorsus, quoquo modo rem spectas* significans in illis particulis non similitudinis cuiusdam notionem, sed plenam atque necessariam congruentiam effecisset.

Itaque *ὥστε* in comparationibus est *ut fere*, *ut quodam modo*. „Quod tamen ut Klotzii verbis (ad Devar. p. 739) utar, non ita dictum existimari volo, quasi ego putem tam gravem esse vim particulae *τέ*, quam Latinae vocis *quodam modo* — sed si retineas e Latina voce significationem vocis *quodam modo*, infringas autem eius vim ac penitus adsumas ad ipsam vim pronominis *ὅς*, fere nactus eris id, quod valet in his locis Graeca vox *τέ*, ut G. Hermannum non vituperandum, sed laudandum existumem, qui Latinam particulam *fere* assimulavit, quamquam ea ipsa gravior etiam est quam Graeca vox“.

Iam quaeramus, quid significet *ὥστε* consecutivum. Quid nobis iudicandum sit, ex iis, quae modo exposuimus, elucet. Eam vim, quam invenimus in Il. 3, 380 (*ὥστε θεός*) cet. et Herod. 1, 73. 127 cet., *ὥστε* consecutivum habere non potest, quia nullo modo causae aut actionis congruentiae indicandae inservit. Tamen Kvíčala, qui, cum plerique hominis docti,

qui de genuina consecutivi ὥστε vi cogitaverunt, particulam ὥστε vertant *wie*, solus quamquam multo brevius quam de aliis cum τέ compositis tamen diserte de ea sententiam suam profert (p. 408 sq.), significationem „*wie immer nur*“ vel „*ganz und gar, durchaus*“ etiam consecutivo ὥστε tribuendam esse dicit. Accommodavit hanc significationem duobus iis locis, qui soli apud Homerum ὥστε consecutivum praebent, Il. 9, 42 *εἰ δὲ σοὶ αὐτῷ θυμὸς ἐπέσσυται ὥστε νέεσθαι, ἔρχεο* et Od. 17, 20 sq. *οὐ γὰρ ἐπὶ σταθμοῖσι μένειν ἔτι τηλίκος εἰμί, ὥστ' ἐπιτειλαμένῳ σημάντορι πάντα πιθέσθαι*; in utroque loco dicit particula ὥστε omissa simplicem consilii vel qualitatis infinitivum inferri potuisse, posita autem consilium vel qualitatem fortius efferri; itaque Od. 17, 20 esse: „*ich bin nicht mehr in dem Alter, um durchaus in allen Stücken zu gehorchen*“. Perperam hunc locum vertit Passovium vel Papium, ut videtur, secutus, qui vertunt in lex. s. v. ὥστε: „*ich bin nicht in dem Alter, um in allem zu gehorchen*“ (etiam Akenius „Grundzüge der Lehre vom Tempus und Modus im Griech.“ § 179 coniungit *τηλίκος εἰμὶ ὥστε πιθέσθαι*); nam ὥστε spectat ad infinitivum *μένειν*, qui ipse pendet ex *τηλίκος*, ideoque non poterat ut Il. 9, 42 omitti; vertendum igitur erat Kvíčalae: „ . . . *in dem Alter . . zu bleiben, um durchaus in allen Stücken zu gehorchen*“. Quae explicatio quam inepta sit, facile intelligitur. Quodsi eam probamus, latet, quomodo factum sit, ut etiam indicativus post ὥστε poneretur vel ὥστε significationem Latini *itaque, quocirca* nancisceretur vel in primaria enuntiatione demonstrativa *οὕτως, τοιοῦτος, τοσοῦτος* sim. usitatissime praecederent, attamen post certa quaedam verba ubique deessent, neque plus perspicuum est, quid fuerit, cur *οἷος, ὅς* atque etiam *ὡς* eodem modo quo ὥστε consecutiones introducere possent, et quae sunt similia; de his omnibus Kvíčala nihil habet, nimirum quia usui consecutivarum sententiarum paulo accuratius perquirendo operam non dedit. Maximum autem id est, quod infinitivus in consecutivis sententiis, quippe quae qualitatem exprimant, non quae ex antecedentibus consequi debeant, sed quae consequi possint significat eaque factane sint revera necne non indicat: ad huiusmodi sententias introducendas nullam vocu-

lam minus idoneam esse quam ὥστε „*wie nur immer, durchaus, ganz und gar*“ per se patet. Atque dicit ille quidem p. 409 usum particulae ὥστε cum infinitivo coniunctae eandem quam illos Homericos locos habere *origin em*, putat igitur fortasse genuinam significationem postea mutatam esse; sed quae sibi videatur fuisse haec posterior significatio ipse non dicit, neque ego, quomodo ex illa genuina, quam statuit, alia consecutionem indicans oriri potuerit intelligo.

Itaque reicienda est significatio „*wie nur immer*“ et praeferenda altera *ut fere, ut quodam modo*, quam in comparationibus Homericis invenimus, eaque eo magis, quod consecutivae sententiae proprie sunt comparativae. Quam apte res, quae consequi possint, introducantur voce *ut fere, ut quodam modo*, manifestum est. Il. 9, 42 est: „*wenn dir das Herz strebt, wie etwa heimzukehren, so gehe*“, quem eundem sensum Papius (v. ὥστε) exprimit verbo *mögen*: „*wenn dir das Herz stirbt, so dass du heimkehren möchtest*“; alter locus, Od. 17, 20 principalis usus exemplum non est, quia infinitivus *πιθέσθαι* non, ut Il. 9, 42 *νέεσθαι* ex *ἐπέσσυται*, ex infinitivo *μένειν*, sed ex ὥστε, ut vulgo dicunt, vel potius ex tota quae praecedit enuntiatione pendet; de qua re vide infra p. 33, sed sensus clarus est: „*ich bin nicht mehr in dem Alter . . zu bleiben (in einer Weise), wie etwa . . . zu gehorchen*“ [1]). Hanc leniorem significationem particulam ὥστε,

1) Lehrsius, de Aristarchi stud. Homer. ed. 2. p. 157, in Il. 9, 42 scribi vult *ἀπονέεσθαι* pro *ὥστε νέεσθαι* et Odysseae locum eicit, quia a vetori lingua epicorum usus particulae ὥστε pro »*ita, ut*« alienus sit. Non usitatum esse consecutivum ὥστε apud Homerum quivis videt neque etiam veri simile est illos duos locos inter vetustissimos esse referendos; sed hoc non sufficit ad eliminandum ὥστε, immo in illis locis consecutivae constructionis initium esse censendum nobis est cum Classenio, qui in annall. philol. a. 1859 p. 303 de hac re recte dicit: »*warum wollen wir uns denn sträuben*, ρ 21 und I 42 *den deutlichen Anfang zu dem später verbreiteten Gebrauch des consecutiven ὥστε und ἐφ' ᾧτε zu erkennen? . . . So wichtig und nützlich es ist, die Eigenthümlichkeiten des Sprachgebrauchs der verschiedenen Zeiten und Dialekte zu beachten, so darf man sich doch auch nicht der eben so lehrreichen Beobachtung verschliessen, wie in den früheren Formen und Spracherscheinungen die Keime und Uebergänge zu den späteren liegen*«.

cum coepta esset infinitivo adiungi, habuisse puto. Porro quaeramus, num eandem habeat apud eos scriptores, qui usum consecutivarum sententiarum conformatum plane atque perfectum habent. Per id temporis spatium, quod Homerum inter et Herodotum et Atticos scriptores est, hunc usum persequi non possumus; nam apud Hesiodum hymnorumque poetas rarior est, quam ut certi quid conicere liceat. Quare tantum de Herodoto et Atticis scriptoribus agitur. Ac primum cum notum sit Herodoteum particulae *τέ* usum ad Homericum propius accedere quam Atticum, contra ab Atticis *τέ* tantum in certis quibusdam compositis, in quibus cum priore parte in unam notionem coaluerit, *ὅστε ὅτε ὥστε οἷός τε πότε ἄλλοτε ἔστε*, *ὅστε* autem, quocum *ὥστε* artissime cohaeret, non nisi in lyricis poematis, in trimetro a solo Aeschylo usurpari, forsitan quispiam quaesiverit, utrum particulae *ὥστε* significatio eadem sit apud Herodotum ac genuina illa vel ei similior quam apud Atticos, an non diversa in Ionica et Attica dialecto. Consecutivum *ὥστε* ab Herodoto prorsus eodem modo usurpatur atque ab Atticis; itaque nihil interesse potest inter Herodoteam eius significationem et Atticam. Diversam eam esse ab illa Homerica vel ex eo elucet, quod et Herodotus in usu particulae *τέ* latius, quam vulgo putant, ab Homero recedit et Attici non solum simplex *τέ* omnino non usurpant sed etiam compositorum illorum vim tam minutam et debilitatam praebent, ut propriae et principalis eorum significationis paulum vel etiam nihil sit reliquum. Cum autem utrique saepissime *ὡς* pro *ὥστε* ponant in consecutivis sententiis, cuius usus exempla vid. infra p. 16, ubi ea utilius cum similibus collaturus sum, non dubium est, quin *ὥστε* nihil amplius significet quam *ὡς*. Quomodo hoc *ὥστε*, *ut*, consecutivas sententias introducere potuerit, perspicuum erit, cum de natura harum sententiarum egerimus.

§ 2.

De natura sententiarum consecutivarum.

Consecutivum *ὥστε* esse particulam comparativam tam certum est, ut sententias quoque, quae eo introducantur, esse

comparativas fortasse non opus videatur comprobari. Tamen, quia sunt, qui *ὥστε* ante infinitivum ab origine consecutivam vim habuisse putent, sic comprobaturus sum, ut multis ex variis scriptoribus repetitis exemplis demonstrem praeter *ὥστε* etiam alias voculas consecutiones introducere. Ac primum quidem notum est saepius inveniri sententias, quarum forma sit relativa vel comparativa, sensus consecutivus; conf. Schaefer. melet. crit. p. 71. Soph. Oed. Col. 1352:

νῦν δ' ἀξιωθεὶς εἶσι κἀκούσας γ' ἐμοῦ
τοιαῦθ' ἃ τὸν τοῦδ' οὔ ποτ' εὐφρανεῖ βίον,

„*quae talia sunt, ut eum gaudio non afficiant.*"

Ib. 947: *τοιοῦτον αὐτοῖς Ἄρειος εὔβουλον πάγον*
ἐγὼ ξυνῄδη χθόνιον ὄνθ', ὃς οὐκ ἐᾷ
τοιούσδ' ἀλήτας τῇδ' ὁμοῦ ναίειν πόλει.

Antig. 220: *οὐκ ἔστιν οὕτω μῶρος, ὃς θανεῖν ἐρᾷ.*

Eurip. Alc. 192. *κοὔτις ἦν οὕτω κακός,*
ὃν οὐ προσεῖπε.

Hel. 501. *ἀνὴρ γὰρ οὐδεὶς ὧδε βάρβαρος φρένας,*
ὅς, ὄνομ' ἀκούσας τοὐμόν, οὐ δώσει βοράν.

Aristoph. Ach. 736 *τίς δ' οὕτως ἄνους*
ὃς ὑμέ κα πρίαιτο.

Xenoph. Cyrop. 6, 1, 15 *τίς οὕτως ἀγαθὸς ἢ τίς οὕτως ἰσχυρός, ὃς λιμῷ καὶ ῥίγει δύναιτ' ἂν μαχόμενος στρατεύεσθαι.* Quibuscum recte confert Schaeferus l. d.

Eurip. Andr. 170 *εἰς τοῦτο δ' ἥκεις ἀμαθίας, δύστηνε σύ,*
ἣ παιδὶ πατρός, ὃς σὸν ὤλεσεν πόσιν,
τολμᾷς ξυνεύδειν,

Xenoph. Hell. 4, 1, 7 *πατρὸς δ' εὐγενεστάτου, δύναμιν δ' ἔχοντος τοσαύτην, ὃς ὑπὸ Φαρναβάζου ἀδικηθεὶς οὕτω τιμωρεῖται αὐτόν κτέ.* Ex Herodoto huc pertinent 1, 202 *ἄλλα δέ σφι ἐξευρῆσθαι δένδρεα καρποὺς τοιούσδε τινὰς φέροντα, τοὺς . . . κύκλῳ περιιζομένους ἐπιβάλλειν ἐπὶ τὸ πῦρ.* 1, 203 *ἐν τοῖσι καὶ δένδρεα φύλλα τοιῆσδε ἰδέης παρεχόμενα εἶναι λέγεται, τὰ τρίβοντάς τε καὶ παραμίσγοντας . . . ἐγγράφειν.* 3, 120. 4, 52 neque minus 4, 28 *δυσχείμερος δὲ αὕτη ἡ καταλεχθεῖσα πᾶσα χώρη οὕτω δή τί ἐστι, ἔνθα . . . ἀφόρητος οἷος γίγνεται κρυμός.* 6, 132 *ἐπὶ χώρην τοιαύτην δή τινα ἄξειν, ὅθεν χρυσὸν εὐπετέως ἄφθονον οἴσονται*, ex Platone Leg. 966 *E οὐδεὶς οὐ-*

τως ἄθεός ποτε πέφυκεν, ὅς οὐ τοὐναντίον ἔπαθεν al. *Ὅστις* invenitur Eurip. Heracl. 414 *ἑκὼν δὲ τίς κακῶς οὕτω φρονεῖ*

ὅστις τὰ φίλτατ' ἐκ χερῶν δώσει τέκνα;

Herod. 1, 87 *οὐδεὶς οὕτως ἀνόητός ἐστι, ὅστις πόλεμον πρὸ εἰρήνης αἱρέεται.* Xen. Anab. 7, 1, 28 *ἔστι τις οὕτως ἄφρων, ὅστις οἴεται ἂν ἡμᾶς περιγενέσθαι;* Cyrop. 3, 3, 50. Isocr. 4, 98 *οὐδεὶς πρὸς ἡμᾶς οὕτως ἔχει δυσμενῶς, ὅστις οὐκ ἂν ὁμολογήσειε κτἑ.* ibid. 185. Plat. Conviv. 179 A. Leg. 751 A. Ex his exemplis intelligitur, quam facile Graeci relativis pronominibus vel particulis expresserint consecutiones; relativa illa non aliam vim habere quam relativam manifestum est; relativam autem enuntiationem consecutionem esse primariae ex ratione, qua coniunctae sunt, apparet. Quae ratio magis etiam perspicua est, ubi relativae enuntiationes adiectivis *οἷος, ὅσος* introducuntur. Hom. Od. 21, 116

ὅτ' ἐγὼ κατόπισθε λιποίμην
οἷός τ' ἤδη πατρὸς ἀέθλια κάλ' ἀνελέσθαι.

Xenoph. Hell. 6, 5, 7 *τοιοῦτος ὁ Στάσιππος ἦν, οἷος μὴ βούλεσθαι πολλοὺς ἀποκτιννύναι τῶν πολιτῶν.* Cyrop. 1, 2, 3 *οἱ Περσικοὶ νόμοι ἐπιμέλονται, ὅπως τὴν αρχὴν μὴ τοιοῦτοι ἔσονται οἱ πολῖται, οἷοι πονηροῦ τινος ἢ αἰσχροῦ ἔργου ἐφίεσθαι.* Plat. Apol. 31 A *ἐγὼ τυγχάνω ὢν τοιοῦτος, οἷος ὑπὸ τοῦ θεοῦ τῇ πόλει δεδόσθαι.* Dem. 2, 19 (*ἔχει*) *τοιούτους ἀνθρώπους οἵους μεθυσθέντας ὀρχεῖσθαι τοιαῦτα, οἷα ἐγὼ νῦν ὀκνῶ πρὸς ὑμᾶς ὀνομάσαι.* Hom. Od. 5, 483

φύλλων γὰρ ἔην χύσις ἤλιθα πολλή,
ὅσσον τ' ἠὲ δύω ἠὲ τρεῖς ἄνδρας ἔρυσθαι.

Xenoph. Anab. 4, 1, 5 *ἐλείπετο νυκτὸς ὅσον σκοταίους διελθεῖν τὸ πεδίον.* Quae sententiae non modo relativae, sed etiam comparativae sunt; tamen ubique *ὥστε* consecutivum pro pronominibus poni potest. Ante omnia autem huc referenda sunt ea exempla, quae simplex *ὡς* consecutionem indicans praebent; sic saepe apud Aeschylum, in Pers. 436

τοιάδ' ἐπ' αὐτοὺς ἦλθε συμφορὰ πάθους,
ὡς τοῖσδε καὶ δὶς ἀντισηκῶσαι ῥοπῇ.

v. 510 *ἥκουσιν ἐκφυγόντες, οὐ πολλοί τινες,*
ἐφ' ἑστιοῦχον γαῖαν· ὡς στένειν πόλιν
Περσῶν, ποθοῦσαν φιλτάτην ἥβην χθονός.

Eum. 427 *ποῦ γὰρ τοσοῦτο κέντρον ὡς μητροκτονεῖν;* Agam. 546 *ὡς πόλλ' ἀμαυρᾶς ἐκ φρενός μ' ἀναστένειν;* similia sunt Sept. 544. Eum. 36. 799. 895. Agam. 1188 al. Agam. 38

ὡς ἑκὼν ἐγώ
μαθοῦσιν αὐδῶ κοὐ μαθοῦσι λήθομαι.

Pers. 726 *ὡς ἰδεῖν τέλος πάρεστιν οἷον ἤνυσεν κακόν.*
v. 730 *πρὸς τάδ' ὡς Σούσων μὲν ἄστυ πᾶν κενανδρίαν στένει.*

Prom. 156 *δεσμοῖς ἀλύτοις ἀγρίως πελάσας*
ὡς μήτε θεῶν μήτε τις ἀνδρῶν
τοῖσδ' ἐγεγήθει.

Soph. Phil. 1395 *ὡς ῥᾷστ' ἐμοὶ μὲν τῶν λόγων λῆξαι, σὲ δὲ*
ζῆν ὥσπερ ἤδη ζῇς ἄνευ σωτηρίας.

Oed. R. 84 *ξύμμετρος γὰρ ὡς κλύειν.*

Antig. 291 *οὐδ' ὑπὸ ζυγῷ*
λόφον δικαίως εἶχον, ὡς στέργειν ἐμέ.

Aiac. 923. Trach. 174. 1125; in v. 590 legimus

οὕτως ἔχει γ' ἡ πίστις, ὡς τὸ μὲν δοκεῖν
ἔνεστι, πείρᾳ δ' οὐ προσωμίλησά πω.

Inter prosaicos scriptores haec constructio creberrima est apud Herodotum et Xenophontem; Herod. 1, 163 *τούτῳ δὴ τῷ ἀνδρὶ προσφιλέες οἱ Φωκαιέες οὕτω δή τι ἐγένοντο, ὡς . . . ἐκέλευε τῆς ἑαυτοῦ χώρης οἰκῆσαι ὅκου βούλονται.* 2, 135 *αὕτη οὕτω δή τι κλεινὴ ἐγένετο, ὡς καὶ πάντες οἱ Ἕλληνες Ῥοδώπιος τὸ οὔνομα ἐξέμαθον.* 3, 130 *οὕτω δή τι δαψιλέϊ δωρεῇ, ὡς . . . ἑπόμενος ὁ οἰκέτης . . . ἀνελέγετο.* 3, 146 *οὐκ ἐς τοῦτο ἀφροσύνης ἀπικόμενος ὡς δόξαι.* 4, 184 *ὑψηλὸν δὲ οὕτω δή τι λέγεται ὡς τὰς κορυφὰς αὐτοῦ οὐκ οἷά τε εἶναι ἰδέσθαι.* 7, 24 *ὀρύσσειν ἐκέλευε διώρυχα τῇ θαλάσσῃ εὖρος ὡς δύο τριήρεας πλώειν ὁμοῦ ἐλαστρευμένας* (coll. 2, 158 *εὖρος δε ὠρύχθη ὥστε τριήρεας δύο πλώειν ὁμοῦ ἐλαστρευμένας*). Xenoph. Cyrop. 7, 5, 81 *ὁ τοιοῦτος ἀνὴρ τοσούτῳ πλεονεκτήσει τῶν ἐνδεεστέρων βίου, ὡς πεινήσας τῶν ἡδίστων σίτων τεύξεται.* 5, 4, 11 *οὕτω μοι προθύμως ἐβοήθησας, ὡς νῦν τὸ μὲν ἐπ' ἐμοὶ οἴχομαι, τὸ δ' ἐπὶ σοὶ σέσωσμαι.* Hell. 4, 4, 16 *τοὺς Λακεδαιμονίους οὕτως οἱ πελτασταὶ ὤκνουν, ὡς ἐντὸς ἀκοντίσματος οὐ προσῆσαν τοῖς ὁπλίταις.* Cyrop. 4, 2, 8 *πιστοῖς χρήσεσθαι αὐτοῖς, ὡς μήτε Περσῶν μήτε Μήδων μεῖον ἔχειν παρ' ἑαυτῷ.* 4, 2, 13 *οὕτω δοκοῦμεν παρεσκευάσθαι, ὡς . . . ἱκα-*

νοὶ εἶναι ὑμᾶς εὖ ποιεῖν. 8, 7, 27 *ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ἤδη ἔσομαι, ὡς μηδὲν ἂν ἔτι κακὸν παθεῖν.* 5, 2, 5. Anab. 5, 6, 12. Hell. 6, 1, 13. Cyrop. 2, 1, 11. 8, 1, 27. 5, 1. Hier. 10, 1. Rep. Laced. 5, 8 (ubi iniuria Madvigius, adv. crit. I, p. 362 proponit *ὥστε*); neque dissimilia sunt Comm. 1, 4, 10 *ἐκεῖνο μεγαλοπρεπέστερον ἡγοῦμαι, ἢ ὡς τῆς ἐμῆς θεραπείας προσδεῖσθαι* (pro *ἢ ὥστε,* ut 3, 5, 17) et Cyrop. 4, 5, 15 *ἐν τῷ παρόντι ὀλίγοι ἐσμὲν, ὡς ἐγκρατεῖς εἶναι αὐτῶν* (vide Bornemanni notam ad h. l.).

Quae exempla collata docent Graecos saepissime consecutionem simplici relativo adiectivo vel adverbio expressisse, quod non plus mirum est quam quod finem vel consilium non raro eodem modo significaverunt. Nulla igitur est causa, cur in *ὥστε* ab origine consecutivam fuisse vim censeamus. Itaque cum pronomina *οἷος, ὅσος, ὡς* nihil indicent nisi qualitatis, quantitatis, modi congruentiam, sententiae igitur, quas adnectunt, sint comparativae, etiam si consecutiones contineant, non dubium est, quin sententiae quoque ex particula *ὥστε*, quae in omnibus illis locis pro *οἷος, ὅσος, ὡς* poni potest, pendentes genuine comparationes inferre censendae sint. Adhibent autem ad comparandum hae sententiae non ut eae, quae vulgo nominantur comparativae, res, quae in facto positae sunt et per se constant, sed quae cogitantur, quod vel ex eo cernitur, quod primitus et proprie non tempora finita in iis locum habent, sed solus infinitivus, quam rationem Latini coniunctivum infinitivi loco usurpantes nunquam mutaverunt. Verba igitur *οὗτος οὕτως σοφός ἐστιν, ὥστε ταῦτα εἰδέναι* proprie sunt: „*dieser ist so, in einer solchen Weise klug, wie dies zu wissen*;“ infinitivo id quod comparativarum sententiarum est, praedicati qualitatem describi nemo negabit[2]). Vide quae de Latino *ut* recte exposuit Meiringius „Erörterungen zur latein. Grammatik“ fasc. I. Dueren. 1858. Alteram rem alteram sequi animo cogitandum vel potius ex sententiarum nexu supplendum est, et propterea facile suppleri potest, quod eodem modo, quo plerumque, ut vides, ubi *οἷος, ὅσος, ὡς* ponitur, adiectivum vel adverbium pronominis demonstrativi praemittitur, etiam particulae *ὥστε* aut *οὕτως, τοιοῦτος* sim. praecedunt aut adiectiva vel verba qualitatem indicantia (conf. p. —), hoc autem modo qualitate primariae sententiae dilucide expressa infinitivum, quid ex ea consequens sit, inferre facile cognoscitur.

2) Consecutivae sententiae ut comparativae per se quodammodo explicant; quare nihil est, cur cum Baitero ad Isocr. Paneg. 89 *ὥστε* post certa tantum verba, ut Isocr. 6, 4 *εἰ μὲν γὰρ ἦν δεδειγμένον, ὥστε τοὺς μὲν πρεσβυτέρους . . . εἰδέναι κτέ*, ibid. 40 *εἰ πολλάκις γέγονεν ὥστε κτὲ* cet, esse explicativum dicamus; conf. Sauppium in Jahnii ann. a. 1832 p. 60. Neque plus, ut simile quid hic adiciam, probandum est, quod multi dixerunt *ὥστε* saepe esse *ἐφ᾽ ᾧτε,* Thuc. 3, 34 *ὁ δὲ προκαλεσάμενος . . . Ἱππίαν . . ., ὥστε . . . πάλιν αὐτὸν καταστήσειν κτὲ.* 3, 75. 114. 5, 17. 27. 94 (v. Popp.), Isae. 2, 30 (v. Schoem.), Dem. 6, 11 al.; sane verti potest *ὥστε* in his locis *ea condicione, ut,* sed si Graecam dictionem accurate sequimur, rectum est solum: *»so — wie«* vel *»so — dass.«*

Ut de particula consecutiva vel comparativa nonnulla addam, particulae *ὡς* pro *ὥστε* et Latini *ut* usu deceptus forsitan quis putet *ὥστε* a principio nullam aliam significationem habuisse quam simplex *ὡς*; sed apud Homerum *ὡς* numquam in consecutivis sententiis invenimus ideoque censendum nobis est *ὥστε*, quamquam ipsum rarius est quam ut omnem de hac re dubitationem tollere possimus, diversam ab *ὡς* vim habuisse et propter hanc suam vim aptius quam *ὡς* vel solum aptum fuisse ad consecutiones introducendas. Tenenda igitur est comparationum Homericarum vis *ut fere, ut quodam modo.* Quae quam diu servata sit nescimus. Herodotum et Atticos scriptores eam cognitam non habuisse ex eo cernitur, quod ubique *ὡς* pro *ὥστε* sic usurpant, ut nihil cognoscamus, quod intersit. Tamen discrimen aliquod est inter *ὥστε* et *ὡς*, non significationis illud quidem, sed usus. Quamquam enim *ὡς* saepissime usurpatur pro *ὥστε,* numquam ponitur *ὥστε,* ubi usitatum est *ὡς*[3]), in sententiis finalibus,

3) Herodotum *ὥστε* ante participia habere commemoratum est; inter Atticos soli tragici poetae *ὥστε* in comparationibus usurpant, Aeschylus in Prom. 452. Sept. 62. Pers. 424. Agam. 628 cet., Sophocles in Ant. 1033. 1084. Trach. 112. 530. 703 cet. Euripides in Bacch. 543. 748. 778. 1066 cet., quem usum aperte ex Homero sumpserunt, ceterum non modo, ut Madvigius advers. crit. I. p. 271 dicit, in comparatione singulorum verborum, sed etiam in sententiarum,

semporalibus, ante superlativos, post verba dicendi, sentiendi tim. Unde elucet *ὥστε* iam eo tempore, quo *ὡς* eius loco poni coeptum esset, consecutivarum sententiarum fuisse fere proprium; sumendum est *ὥστε* propter genuinam suam vim *ut fere, ut quodam modo* iam antiquitus tam usitatum et constans in consecutivis sententiis factum fuisse, ut etiam amissa illa vi vel potius sic immutata, ut non plus esset quam *ὡς*, per dicendi consuetudinem in nullis sententiis comparativis usurparetur nisi in consecutivis. Praeter usum nullam video

---

Sophocles in Ant. 586 et Trach. 112; a ceteris *ὥστε* pro *ὡς* non dicitur; ii loci, quos Lobeckius ad Phryn. p. 427 ex Atticis scriptoribus (ceteros Charit. 2, 2, 2. Dion. Cass. 49, 56. 596. Lync. Athen. 3, 8, 297. Maxim. Tyr. 23, 445. Theolog. Arithm. p. 19 hic praetermittere licet) *ὥστε* pro simplici *ὡς*, *ἅτε* habere dicit, Aristoph. Eccles. 783. Thuc. 7, 24. Isocr. 4, 175, iure mutati sunt; in Aristophanis enim loco nunc optimorum codicum auctoritate iubente scribitur:

ὅταν γὰρ εὐχώμεσθα διδόναι τἀγαθά,
ἕστηκεν ἐκτείνοντα τὴν χεῖρ' ὑπτίαν,
οὐχ ὥς τι δώσοντ' ἀλλ' ὅπως τι λήψεται.

Thucydidis locum, ubi codices fere omnes habent: *ὥστε γὰρ ταμιείῳ χρωμένων τῶν Ἀθηναίων τοῖς τείχεσι πολλὰ μὲν ἐμπόρων χρήματα καὶ σῖτος ἐνῆν, πολλὰ δὲ κτέ.*, Bekkerus sic emendavit, ut ex codice h reponeret *ἅτε γὰρ* —, quam emendationem plerique editores receperunt; sed multo probabilius proposuit H. Sauppius in Jahnii ann. philol. vol. 6. p. 69 (conf. eundem ad Lycurgum p. 97 et in epist. crit. p. 80) legendum esse *ὥς τε γὰρ ταμιείῳ χρ.* »ita ut id, quod particulae *τε* responderet in iis quae sequuntur minus accurate dictis inesse videretur«; idem coniecit postea R. Klotzius ad Devar. p. 203, qui Sauppio non probante *τὲ γὰρ* hic esse *etenim* dicit p. 751. In Isocr. 4, 175 codices omnes, excepto Ambrosiano, qui *ὡς* habet, praebent haec verba: *ἐξ ὧν τοιαύτη δόξα γέγονεν, ὥστε ὁ μὲν βάρβαρος κήδεται τῆς Ἑλλάδος καὶ φύλαξ τῆς εἰρήνης ἐστίν, ἡμῶν δέ τινές εἰσιν οἱ λυμαινόμενοι καὶ κακῶς ποιοῦντες αὐτήν* sive Spohnium sequimur, qui haec verba ironice sic intelligit: »scilicet talem laudem ac tantam gloriam inde consecuti sumus, ut Persarum rex Graeciae curam gerat et pacem inter Graecos conservet«, quae explicatio, ne dicam de hiatu in *ὥστε ὁ μὲν* — (Dind. *ὥσθ'*) quaesitior quam verior videtur, sive Augerum, Morum, Baiterum, qui *ὡς* scribentes sic explicant: »e quibus talis opinio orta est, barbarum et Graeciae curam gerere et pacis esse custodem«, Lobeckius hunc locum perperam inter eos enumeravit, in quibus *ὥστε* pro *ὡς* positum esset.

huius rei causam. Neque ulla alia res nisi usus effecit, ut postea *ὡς* numquam in consecutivis sententiis poneretur. Cum enim Aeschylus, Sophocles, Herodotus, Xenophon *ὡς* pro *ὥστε* saepissime ponant, ab Euripide[4]) *ὡς* semel tantum sic usurpatur, Cycl. 646

ἀλλ' οἶδ' ἐπῳδὴν Ὀρφέως ἀγαθὴν πάνυ,
ὡς αὐτόματον τὸν δαλὸν εἰς τὸ κρανίον
στείχονθ' ὑφάπτειν τὸν μονῶπα παῖδα γῆς

neque plura exempla exstant apud Thucydidem, 7, 34 *ναυμαχήσαντες δὲ ἀντίπαλα μὲν καὶ ὡς αὐτοὺς ἑκατέρους ἀξιοῦν νικᾶν* et apud Platonem, cuius in Men. 71 A traditum est: *ἐγὼ δὲ τοσοῦτον δέω εἴτε διδακτὸν εἴτε μὴ διδακτὸν εἰδέναι, ὡς οὐδὲ αὐτὸ, ὅ τι ποτ' ἐστὶ τὸ παράπαν ἀρετή, τυγχάνω εἰδώς*, sed cum *ὡς* pro *ὥστε*, ut recte monet Stallbaumius ad h. l., non usitatum sit Platoni atque in dictione *τοσούτον δέω* — *ὥστε* a nullo ceterorum scriptorum *ὡς* pro *ὥστε* ponatur, scribendum videtur *ὥστ' οὐδὲ —;* in Aristophane autem et oratoribus Atticis[5]) hoc *ὡς* consecutivum frustra quaeres. Sine dubio paulatim factum erat, ut particula *ὥστε* antiquitus inde tantum in consecutivis sententiis usurpata ad consecutiones inferendas sola videretur idonea. Fortasse id quo-

---

4) Saepius *ὡς* correctum est in *ὥστε*; Iph. Taur. 300 *ὡς αἱματηρὸν πέλαγος ἐξανθεῖν ἁλός* fere omnes editores receperunt Marklandi coniecturam *ὥσθ'*; v. 1371 codices praebent *ὥστε ξυνάπτειν* (Markl. *ὡς ξύν τ' ἀπειπεῖν*, Herm. *ὡς τῷ ξυνάπτειν*). Electr. 667 *μητρὶ τἀπ' ἐμοῦ φράσον. ὡς ταῦτά γ' ἐκ σοῦ στόματος εἰρῆσθαι δοκεῖν* recte Elmsleius scripsit *ὥστ' αὐτά γ'* et Alc. 358 *ὡσ τὴν κόρην Δήμητρος ἢ κείνης πόσιν ὕμνοισι κηλήσαντά σ' ἐξ Ἅιδου λαβεῖν* Reiskius *ὥστ' ἢ κόρην Δ. ἢ.*

5) Etiam in his interdum *ὡς* traditum est, (conf. Saupp. ad Lycurg. p. 94) Isocr. 6, 66 *ὁμόρους ἔχει τοὺς κακῶς ποιήσοντας, ὡς τετμῆσθαι μὲν τὰς χώρας κτέ.*, ubi Bekkerus bene *ὥστε τετμῆσθνι.* Dinarch. 1, 32 *οὕτω κατέστρεψεν ἡ τύχη ταῦτα, ὡς τἀναντία γίνεσθαι*, ubi Baiterus praef. ad Isocr. Paneg p. XVII egregie *ὥστ' ἐναντία.* Andoc. 4. 9 *ὡς δεινὸν νομίζω τοὺς μὲν ἁλόντας μιᾷ ψήφῳ μόνον ἀποθνήσκειν* Stephanus *ὥστε*, Lys. or. c. Aeschin. Sauppius orat. att. II, p. 172. 4 *ὥστ'* restituit; sic etiam Lys. 1, 36 *τοιαύτην ἄδειαν τοῖς μοιχοῖς ποιήσετε, ὡς καὶ τοὺς κλέπτας ἐπαρεῖτε φάσκειν μοιχοὺς εἶναι* cum Turicensibus scribendum est *ὥστε.* Aeschin. 3, 53. 96, ubi codices utrumque praebent, editores omnes recte scribunt *ὥστε.*

que huc non paulum conferebat quod ὡς in aliis quoque sensentiis locum habebat atque etiam usitatum erat.

§ 3.
De origine sententiarum consecutivarum.

Quaestio de origine sententiarum consecutivarum, quamvis gravissima sit, a perpaucis hominibus doctis leviter attacta, a nullo pertractata est; quamobrem nostrum videtur esse eam quam accuratissime excutere; qua in quaestione, cum non dubium sit, quin infinitivi constructio genuina atque principalis sit, tempora finita prorsus negligenda sunt; tum demum de his disserendum erit, cum quaestionem de infinitivo, quae a generali de sententiarum consecutivarum origine instituenda divelli non potest, absolverimus. Schmalfeldius, „Syntax des griech. Verbs“ p. 315 inscius ab indefinita eaque fortiore particulae ὥστε significatione profectus, ad ipsam autem consecutionem explicandam leniorem adhibens putat verba Homeri in Il. 10, 154 τῆλε δὲ χαλκὸς ἔλαμφ', ὥστε στεροπὴ Διός non esse: „*das Erz leuchtete, wie der Blitz des Zeus*“, sed „*leuchtete mit dem Glanze des Blitzes des Zeus*“, quod idem fere sit atque ἔλαμπε στεροπὴν Διὸς, Il. 20, 444 τὸν δ' ἐξήρπαξεν Ἀπόλλων ῥεῖα μάλ' ὥστε θεός esse „*Es entriss ihn Apollon mit einer Leichtigkeit, wie sie ein Gott hat*“; videri igitur ὥστε non modo, ut ὡς et ὅπως, qualitates inter se conferre, sed qualitatem ipsam indicare, ita ut sententiarum secundariarum, quae ὥστε introducantur, sit qualitatem actionis exprimere. „Τοῖς φίλοις οὕτω χρῆται, ἐχρῆτο, ὥστε οὐκ ἔστιν, ὅστις οὐ βούλεται, οὐκ ἐβούλετο φίλος αὐτῷ εἶναι *giebt in dem Nebensatze mit* ὥστε *die Qualität der Behandlung der Freunde an; es ist somit zunächst: Er behandelt, behandelte seine Freunde mit einer Behandlung (Behandlungsweise), mit welcher bei Allen ohne Ausnahme der Wunsch sich verknüpft, verknüpft war, seine Freunde zu sein. Indessen die im Nebensatze angegebene Qualität ist selbst die Eigenschaft eines Subjektes, aber mit der Eigenthümlichkeit, dass sie Ausfluss der Eigenschaft des Subjektes im Hauptsatze ist. Denn wenn sich an dem Wunsche der Leute die Qualität der Behandlung der Freunde zeigt, so ist der Wunsch Ausfluss oder Folge der Behandlung, welche somit als Grund des Wunsches erscheint. Wir übersetzen nun: Er behandelt . . , so, dass Alle seine Freunde sein wollen, wollten*“. Infinitivo autem qualitatem integram indicari. „*Es wird also durch* ὥστε *mit dem Infinitiv nicht gesagt, durch welche Manifestation sich die Qualität an einem Subjekte nach der Aussage, Behauptung des Sprechenden geäussert habe, äussere, äussern werde, oder nach der Bestimmung (dem Wunsche, Willen) ebendesselben äussern solle, sondern es wird nur die Art oder der Grad angedeutet, in welchem die im Hauptsatze beniemte Eigenschaft oder Manifestation Wirkungen hervorzubringen im Stande sei, wie sie der Infinitiv angiebt. Somit ist der im Hauptsatze gesetzte oder bezeichnete Begriff nicht ein einzelner bestimmter, sondern ein unbestimmter allgemeiner*“. Homerum igitur verbis, quae sunt Od. 17, 21 dicere: — *in einem solchen Alter, in welchem ich fähig wäre hier zu bleiben, in einer Weise, in welcher ich fähig wäre, es für mich angemessen wäre, — gehorchen zu können, d. i. um — zu können, — dass ich gehorchen könnte*“ et Il. 9, 42: „*Wenn dein Verlangen dich in einem solchem Maasse treibt, in welchem du geneigt und bereit bist nach Hause gehen zu können, — dass du — gehen kannst, so geh!*“ Eundem in modum nonnulla alia exempla circumscribit. Recte cogitat de natura infinitivi qualitatem denotantis; sed de hac ipsa parum et de οὕτως, τοιοῦτος sim. — ὥστε nihil dicit.

Kvíčala l. l. p. 408 putat infinitivum post ὥστε positum primum nihil expressisse nisi finem et qualitatem particula autem ὥστε addita hanc notionem acrius indicatam et auctam esse. Infinitivi post ὥστε positi constructionem ortam esse ex usu simplicis infinitivi (quamquam non finem, sed solam qualitatem indicantis) probamus; sed causa, quam Kvíčala fuisse dicit ut ὥστε infinitivo praemitteretur, nullo modo sufficit; quare cum praeterea a falsa significatione profectus sit, operae pretium non est eam, quam instituit vel tantum indicavit, rationem latius persequi.

Aliam viam ingressus est Viehoffius, qui in programmate

gymnasii Embricensis a. 1841 p. 1 — 12 de pronominibus οἷος, ὅσος et particula ὥστε cum infinitivo coniunctis agit. Comprehendit haec vocabula una quaestione, quia sensus eorum simillimus, constructio ex eadem ratione orta sit. Proficiscitur ab illo Homerico usu, qui invenitur Od. 7, 309

ξεῖν' οὔ μοι τοιοῦτον ἐνὶ στήθεσσι φίλον κῆρ
μαψιδίως κεχολῶσθαι

ex quo apparet „*ad exprimendam eam notionem, quam germanice reddimus verbis so beschaffen sive von der Eigenschaft, Graecos principio usos esse demonstrativo illo, quo quidem id, quod volebant, satis significabatur, ita ut omnibus fere locis adhiberi potuisset, quibus ipse Homerus et seriores scriptores intulerunt relativum. In iis enim, quae leguntur Odyss. libr.* 21, 172 οὐ γάρ τοι σέγε τοῖον ἐγείνατο πότνια μήτηρ
οἷόν τε ῥυτῆρα βιοῦ τ' ἔμεναι καὶ ὀϊστῶν
certe etiam omisso relativo sibi constaret oratio“. Putat igitur Viehoffius infinitivum ex τοιοῦτος eundem in modum pendere atque ex adiectivis ἱκανός, δυνατός sim., relativi autem οἷος usum sic ortum esse. „*Quum demonstrativum* τοῖος *sive* τοιοῦτος *diuturno usu ita coaluisset cum relativo* οἷος, *ut videretur seiungi ab eo non posse, Graeci utrumque adhibuerunt, ita ut coniuncta haec pronomina eo munere fungerentur, quod antea impositum fuerat soli demonstrativo. Iam vides velle me demonstrare, haec pronomina, in unum quasi corpus confusa, novi cuiusdam vocabuli vice fungi, abiectaque vi sua nativa, naturam adscivisse adiectivi, cuius sensus ita comparatus sit, ut infinitivum ab eo pendere oporteat*“. „*Haec igitur verborum structura, quum usu recepta esset, mox, ut proclivius curreret oratio, immutata est paululum omisso demonstrativo, ita ut, quae olim pronomine* τοιοῦτος, *postea pronominibus correlativis* τοιοῦτος — οἷος *efferebantur, ea mero tandem relativo* οἷος *exprimerentur. Tali modo aditus patefactus est ad latiorem huius structurae usum. Nam quum coniuncta haec pronomina adiectivorum munera omnia suscipere non possent, abiecto demonstrativo nihil obstabat, quominus, quod supererat relativum, eodem modo, quo adiectiva, substantivi vices obiret et reciperet articulum praepositivum*“. Simillimum eius iudicium est de infinitivo ex particula ὥστε pendente (p. 5). „*Ut re-*

lativum οἷος *e pronomine factum est adiectivum, ita* ὥστε, *cui propria erat vis coniunctionis, naturam suscepit adverbii, a quo pendet infinitivus. Ut vero hunc usum pronominis ex pleniore formula* τοιοῦτος — οἷος *ortam esse supra ostendi, ita quam significationem simplici* ὥστε *tribuimus, eam initio coniunctionibus correlativis* οὕτως — ὥστε *propriam fuisse statuo. Si de notione quaeris huic adverbio primitus subiecta, iterum te revoco ad demonstrativum. Perpende quaeso Hesiodi locum (opp. 44), praeter quem apud eum nullum invenitur huius structurae exemplum:*

Ῥηϊδίως γάρ κεν καὶ ἐπ' ἤματι ἐργάσσαιο,
ὥστε σέ κ' εἰς ἐνιαυτὸν ἔχειν καὶ ἀεργὸν ἐόντα.

Quem locum si verteris „leicht würdest du in dem Grade i. e. hinreichend arbeiten, um — zu haben“ eaque comparaveris, quae supra monuimus de relativorum οἷος *et* ὅσος *usu, quid velim, statim intelliges. Videtur enim ea, qua indicavimus, via hoc pronomen relativum ad demonstrativi sui significationem redactum esse, eoque notionem recepisse adverbii, quod cum verbo infinito iungi possit*“.

In hac ratiocinatione, quamquam vera quaedam insunt, diversa confunduntur. Primum causam cur οἷος additum sit demonstrativo τοιοῦτος, nullam Viehoffius affert, etsi ipse dicit relativo οἷος in illo Odysseae loco non opus esse. Deinde quamquam ed enucleandam constructionis τοιοῦτος — οἷος et οἷος cum infinitivo originem recte ab Homerico illo demonstrativi τοιοῦτος usu exit, argumenta, quibus demonstret eundem in modum etiam particulae ὥστε constructionem ortam esse, imbecilliora habet, quam ut ei assentiamur; nam ab adverbio ὥστε non ut ab adiectivo οἷος infinitivus pendere potest; adverbia numquam infinitivum regunt, ne ea quidem, quae ad adiectiva qualitatem indicantia pertinent; ante omnia autem, si „quam significationem simplici ὥστε tribuimus, eam initio coniunctionibus correlativis οὕτως — ὥστε propriam fuisse“ demonstrare volebat, locos, qui infinitivum post demonstrativum οὕτως positum praeberent, afferre debebat, sed non affert, scilicet quia nulli exstant. Hesiodi locus (opp. 44), quo solo nititur, omnino non quadrat.

Qua de causa etiam Viehoffius de ea, quae nobis proposita est, quaestione non recte iudicavit.

Itaqué accuratius atque diligentius in consecutivarum sententiarum naturam inquirendum nobis ita est, ut primum generatim atque universe de simplici infinitivo ex qualitatis verbis vel adiectivis apto, deinde de ὥστε, οὕτως — ὥστε, τοιοῦτος — ὥστε infinitivoque ex iis dependente dicamus.

Qualitatem vel qualitatis consecutionem infinitivo non modo coniuncto cum ὥστε, sed etiam simplici indicare notum est. Creberrima est haec constructio post quaedam adiectiva, δυνατός, ἕτοιμος, ἱκανός, ἐπιτήδειος, δίκαιος, αἴτιος, ἄξιος sim. cum verbo εἰμί, γίγνομαι coniuncta; hic infinitivus obiectum qualitatis, quam habent adiectiva, exprimit, quod maxime elucet ex usu articuli interdum infinitivo additi, uti Soph. El. 1079 τό τε μὴ βλέπειν ἑτοίμα. Antig. 78 τὸ δὲ βίᾳ πολιτῶν δρᾶν ἔφυν ἀμήχανος. Plat. Lach. 190 E ἀλλ' ἴσως ἐγὼ αἴτιος, οὐ σαφῶς εἰπών, τὸ σὲ ἀποκρίνασθαι μὴ τοῦτο, ὃ διανοούμενος ἠρόμην, ἀλλ' ἕτερον. Apol. 29 C ὃς ἔφη . . . οὐχ οἷόν τε εἶναι τὸ μὴ ἀποκτεῖναί με. Soph. El. 1029 μακρὸς τὸ κρῖναι ταῦτα χὠ λοιπὸς χρόνος. De discrimine, quod intercedit inter ἕτοιμός εἰμι βλέπειν et τὸ βλέπειν et ὥστε βλέπειν, hic dicere omitto, quia satis est hunc simplicis infinitivi usum commemorasse. Multo gravior est infinitivus post verba positus, qui quid subiecti qualitate efficiatur significat. Il. 9, 688 εἰσὶ καὶ οἵδε τάδ' εἰπέμεν, οἵ μοι ἕποντο, quod nos reddere solemus: „*auch diese können sagen*“ vel „*auch diese sind solche, welche sagen können*“, tamquam si sit εἰσὶ καὶ οἵδε τοιοῦτοι οἷοι εἰπέμεν. 13, 312 νηυσὶ μὲν ἐν μέσσῃσιν ἀμύνειν εἰσὶ καὶ ἄλλοι „*auch andere sind da abzuwehren, es sind auch andere da, die abwehren können*“. 24, 489 οὐδέ τίς ἐστιν ἀρὴν καὶ λοιγὸν ἀμῦναι. 1, 258 περὶ μὲν βουλὴν Δαναῶν, περὶ δ' ἐστὲ μάχεσθαι. 9, 227 πάρα γὰρ μενοεικέα πολλὰ δαίνυσθαι. Od. 22, 106 εἵως μοι ἀμύνεσθαι πάρ' ὀϊστοί. Item construitur πεφυκέναι: Soph. Antig. 523 οὔτοι συνέχθειν, ἀλλὰ συμφιλεῖν ἔφυν. Thuc. 3, 39 πέφυκε γὰρ καὶ ἄλλως ἄνθρωπος τὸ μὲν θεραπεῦον ὑπερφρονεῖν, τὸ δὲ μὴ ὑπεῖκον θαυμάζειν. 4, 61 πέφυκε τὸ ἀνθρώπειον διὰ παντὸς ἄρχειν μὲν τοῦ εἴ-

κοντος, φυλάσσεσθαι δὲ τὸ ἐπιόν. Dem. 8, 42 ἐστὲ γὰρ ὑμεῖς οὐκ αὐτοὶ πλεονεκτῆσαι καὶ κατασχεῖν ἀρχὴν εὖ πεφυκότες.

Neque minus infinitivus qualitatem exprimere censendus est in locis ut Il. 21, 120 τὸν δ' Ἀχιλεὺς ποταμόνδε λαβὼν ποδὸς ἧκε φέρεσθαι, ubi, quamquam Achillis consilum fuisse eum in fluvium inicere ex sequentibus videmus, haud dubie poeta dicit Achillem tanta vi usum esse, tantam fuisse iactus vehementiam, ut eum in Scamandrum mitteret; Attice non esset ηκε ἵνα φέροιτο, sed (οὕτως) ἧκεν ὥστε φέρεσθαι. 18, 374 τρίποδας ἐείκοσι πάντας ἔτευχεν ἑστάμεναι περὶ τοῖχον ἐϋσταθέος μεγάροιο (τοιούτους οἵους ἑστάμεναι). 18, 507 κεῖτο δ' ἄρ' ἐν μέσσοισι δύω χρυσοῖο τάλαντα, τῷ δόμεν ὃς . . . εἴποι (ἕτοιμα δοῦναι). Herod. 1, 176 ὑπῆψαν τὴν ἀκρόπολιν πᾶσαν ταύτην καίεσθαι „*accenderunt, ita ut tota arx flammis absumeretur*“. 2, 79 (Λίνος) συμφέρεται δὲ ωὑτὸς εἶναι, τὸν οἱ Ἕλληνες Λίνον οὐνομάζοντες ἀείδουσι „*ita congruit, ut idem sit*“. 2, 99 τὸν ποταμὸν ὀχετεῦσαι, τὸ μέσον τῶν οὐρέων ῥέειν „*fluvium eo deduxiese, ut iam ille medius inter montes interflueret* (Baehr.) 6, 76 οὐ γὰρ οὐδαμῶς ἐκαλλίρεε διαβαίνειν μιν (coll. 9, 38 ὡς δὲ οὐκ ἐκαλλίρεε ὥστε μάχεσθαι). Xenoph. Anab. 2, 2, 3 θυομένῳ ἰέναι ἐπὶ βασιλέα οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερὰ „*sacrificanti exta non erant laeta ad suscipiendam contra regem expeditionem*“. 7, 2, 17 ἐπεὶ ἐδόκει τὰ ἱερὰ καλὰ εἶναι αὐτῷ καὶ τῷ στρατεύματι ἀσφαλῶς πρὸς Σεύθην ἰέναι „ . . . *ut proficisci possent*“. Plat. Hipp. min. 373 A σὺ γάρ με ἐπῆρας Ἱππίᾳ διαλέγεσθαι. Isocr. 4, 108 οὐδὲν τούτων ἡμᾶς ἐπῆρε περὶ τοὺς ἔχοντας τὴν νῆσον ἐξαμαρτεῖν. Aeschin. 1, 182 πολλοὺς ἐξαμαρτάνειν ἐπαρεῖ. Infinitivum post verba δοῦναι (Ἑλένην δώομεν Ἀτρείδῃσιν ἄγειν), παρέχειν (ὁμοίως καὶ πλουσίῳ καὶ πένησι παρέχω ἐμαυτὸν ἐρωτᾶν), πέμπειν sim. omitto, quia consecutionem, quae inest, minus demonstrat quam finem. Respicienda autem est verborum arcendi, impediendi constructio, quae eadem videtur esse, sed nonnihil distat; in κωλύω αὐτὸν δρᾶν infinitivus merum verbi regentis obiectum est (conf. Soph. Phil. 1241 ἔστιν τις, ἔστιν, ὅς σε κωλύσει τὸ δρᾶν); ubi autem ante infinitivum negationem μή invenimus, infinitivus, quia nullo modo fieri potuit, ut post idem verbum eadem cum vi infinitivus et simplex et cum ne-

gatione *μή* coniunctus poneretur, aliter explicandus est; mihi quidem magis, quid ab eo qui impedit effectum sit quam quid in consilió eius fuerit indicare videtur, quae sententia maxime alia constructione, *κωλύειν τὸ μὴ δρᾶν,* comprobatur, quae fere nulla alia re quam forma differt a *κωλύειν ὥστε μή;* qua de causa Abreschius dilucid. Thucyd. p. 273 (ad 3, 1 *τὸν πλεῖστον ὅμιλον τῶν ψιλῶν εἶργον τὸ μὴ προεξιόντας τῶν ὅπλων τὰ ἐγγὺς τῆς πόλεως κακουργεῖν*) subaudire vult *εἰς* vel *ὥστε.* De hac constructione Madvigius „Bemerkungen über einige Punkte der griech. Wortfügungslehre" p. 50 rectissime dicit: „*Diese Form, in welcher τὸ μή nicht bloss dem Sinne nach oft ungefähr durch ὥστε μή ausgedrückt werden kann, aber sogar in Rücksicht des Ursprunges eine gewisse entfernte Berührung mit der Bedeutung von ὥστε durch die (hier aber nicht ausdrücklich bezeichnete) Vorstellung vom Zwecke und Resultat hat, natürlich ohne dass es für ὥστε μή stehen könnte, ward nun vermöge* rel."

Quibus exemplis allatis demonstravisse mihi videor infinitivum primitus solum, nulla consecutiva particula adiuncta, non modo post adiectiva et verba qualitatem per se indicantia, verum etiam post alia, quae hac vi carerent, positum esse. Post adiectiva, quippe qualitati indicandae inserviant, et nonnulla eiusdem generis verba infinitivus etiam postea usitatus est; tamen interdum additur *ὥστε.* Quod non supervacaneum esse, ut multi dicunt, manifestum est; immo explicatio eius nos ad rationem infinitivi post *ὥστε* et *οὕτως — ὥστε* positi perspiciendam ductura est. Exempla huius *ὥστε* supervacanei, quod dicitur, ex variis generibus singula tantum afferam; plura in libris grammaticis et in adnotationibus collecta inveniuntur. Plat. Prot. 338 C *ἀδύνατον ὑμῖν ὥστε Πρωταγόρου τοῦδε σοφώτερόν τινα ἑλέσθαι.* Polit. 295 A *πῶς γὰρ ἄν τις ἱκανὸς γένοιτ' ἄν ποτε, ὥστε ἀεὶ προστάττειν τὸ προσῆκον.* Hom. Il. 9, 43 *θυμὸς ἐπέσσυται ὥστε νέεσθαι.* Plat. Phaedr. 269 D *τὸ μὲν δύνασθαι, ὥστε ἀγωνιστὴν τέλεον γενέσθαι.* Soph. Oed. Col. 1350 *δικαιῶν ὥστ' ἐμοῦ κλύειν λόγους.* Eurip. Hipp. 1327 *Κύπρις γὰρ ἤθελ', ὥστε γίγνεσθαι τάδε.*

Eadem est ratio aliorum verborum, quae qualitatis no-

tionem, quamquam non tam aperte, tamen continent. Soph. Phil. 656 *ἆρ' ἔστιν, ὥστε κἀγγύθεν θέαν λαβεῖν;* Plat. Phaed. 103 E *ἔστιν ἄρ' . . . ὥστε μὴ μόνον αὐτὸ τὸ εἶδος ἀξιοῦσθαι κτέ.* Xenoph. Hell. 5, 3, 10 *οὐδ' ἂν γενέσθαι, ὥστε ἅμα ἀμφοτέρους τοὺς βασιλέας ἔξω Σπάρτης εἶναι.* Isocr. 6, 40 *πολλάκις γέγονεν, ὥστε καὶ τοὺς μείζω δύναμιν ἔχοντας ὑπὸ τῶν ἀσθενεστέρων κρατηθῆναι.* Herod. 1, 74 *συνήνεικε, ὥστε τὴν ἡμέρην ἐξαπίνης νύκτα γενέσθαι.* 8, 141 *συνέπιπτε ὥστε ὁμοῦ σφέων γίνεσθαι τὴν κατάστασιν.* Thuc. 5, 14 *ξυνέβη τε εὐθὺς μετὰ τὴν ἐν Ἀμφιπόλει μάχην . . . ὥστε πολέμου μὲν μηδὲν ἔτι ἅψασθαι μηδετέρους κτέ.*

Denique huc pertinent nonnulla verba, quae proprie infinitivum regere solent. Thuc. 8, 79 *δόξαν αὐτοῖς ἀπὸ ξυνόδου, ὥστε διαναυμαχεῖν.* 5, 17 *ψηφισαμένων . . . ὥστε καταλύεσθαι.* 6, 88 *οἱ Κορίνθιοι εὐθὺς ψηφισάμενοι αὐτοὶ πρῶτοι ὥστε πάσῃ προθυμίᾳ ἀμύνειν.* 3, 25 *εἶχον τὴν γνώμην ὥστε ξυμβαίνειν.* Herod. 6, 5 (*Ἱστιαῖος*) *οὐκ ἔπειθε τοὺς Χίους ὥστε ἑωυτῷ δοῦναι νέας.* Thuc. 2, 101 *ἀναπείθεται ὑπὸ Σεύθου ὥστ' ἐν τάχει ἀπελθεῖν.* 5, 61 *ξυνέβησαν ὥστε ξύμμαχοί τε εἶναι καὶ ὁμήρους δοῦναι.* 1, 49 *ἀπεχόμενοι, ὥστε μὴ ἐμβάλλειν τινί.* Xenoph. Hell. 7, 2, 13 *ὥστε τὴν σύντομον . . . ἀφικέσθαι, ἡ πρὸ τοῦ τείχους φάραγξ εἶργε.* Thuc. 4, 130 *καὶ μόλις οἱ στρατηγοὶ κατέσχον, ὥστε μὴ καὶ τοὺς ἀνθρώπους διαφθείρεσθαι.* Xenoph. Anab. 7, 3, 35 *ἢν οὖν ἔλθωμεν ἐπ' αὐτούς, πρὶν φυλάξασθαι ὥστε μὴ ληφθῆναι, ἢ παρασκευάσασθαι ὥστε ἀμύνασθαι, μάλιστα ἂν κτέ.* 1, 6, 6 *ἐποίησα, ὥστε δόξαι τούτῳ τοῦ πρὸς ἐμὲ πολέμου παύσασθαι.* Plat. Gorg. 478 E *ὃς ἂν διαπράξηται ὥστε μήτε νουθετεῖσθαι μήτε κολάζεσθαι.*

Hac in constructione per *ὥστε* consecutivam rationem distinctius exprimi homines docti dicere solent, neque ita perverse dicunt, sed ipsam constructionis naturam perspectam non habent. Post verba *δύνασθαι, ἐθέλειν* particula *ὥστε* supervacanea nobis videtur, quia consueti sumus ea ita cum infinitivo coniuncta invenire, ut fere nihil sint verba auxiliaria. (Bene hoc monet Akenius „Grundzüge der Lehre von Tempus und Modus im Griechischen" p. 130 sq.). Ut hanc vim acciperent, paulatim factum est; primitus integram et

plenam verbalem vim habebant; postea autem, si hanc primam significationem servabant, absolute poni videbantur, ideoque, úbi sic usurpabantur et tamen, quid ex iis secutum esset, addebatur, adverbio qualitatem denotanti ad infinitivum introducendam indigebant. Δύνασθαι ὥστε — proprie est: *vermögen, befähigt sein (und zwar) in einer Weise, wie* —; ἐθέλειν ὥστε — *beabsichtigen, gewillt sein in einer Weise, wie* —; ἱκανὸν εἶναι ὥστε *geeignet sein, wie* —. Eodem modo verba ἀπέχειν, πείθειν, διαπράττεσθαι cet., ubi ὥστε infertur, quodammodo absolute posita sunt; Herod. 6, 5 cum Schmalfeldio (p. 321) sic fere vertendum est: „*konnte nicht bis zu dem Grade überreden, wo sie bereit waren, gewesen wären, ihm Schiffe geben zu wollen*", rectius: „— *in einer Weise, wie —zu geben*"; Thuc. 5, 61 „*sie vertragten in einer Weise, wie sie bereit waren, — sein und — geben zu wollen*" (ibid.). Ὥστε igitur tantum verbi absoluti qualitatem exprimit, ita ut cavendum sit, ne discrimen inter verba, quae sunt ἔπειθεν αὐτοὺς ὥστε δοῦναι et ἔπειθεν αὐτοὺς δοῦναι („*zu geben i. e. geben zu sollen*") nimium statuamus; nam in illa sententia tantum verbum absolute usurpatur ideoque ὥστε ponitur, vis autem utriusque sententiae prorsus eadem est. Duo ante omnia tenenda sunt, quae a nemine fere homine docto respecta esse miror: numquam post hoc ὥστε supervacaneum, quod vocatur, inveniuntur tempora finita, sed semper infinitivus, nimirum quia hic a verbo regenti non minus pendet, si ὥστε ponitur, quam si deest; deinde huic ὥστε, exceptis duobus Herodoti locis 8, 90 et 132, numquam praemittuntur demonstrativa οὕτως, τοιοῦτος sim., nempe quia ὥστε ad verba δύνασθαι, ἐθέλειν, πράττειν, πείθειν cet. ipsa qualitatis notionem continentia referendum est[1]).

1) Unum tantum verborum huc pertinentium genus excipiendum est, verba ποιεῖν διαπράττεσθαι, quae quamquam rarissime et adverbio οὕτως determinantur, Dem. 27, 15 ποιήσειν οὕτως ὥστ' ἔχειν μοι πάντα καλῶς. Xenoph. Cyrop. 5, 1, 21 πειράσομαι οὕτω ποιεῖν, ὥστε καὶ ἐμὲ ὑμᾶς ἐπαινεῖν, et indicativum regunt, Xenoph. Hell. 7, 5 26 ὁ δὲ θεὸς οὕτως ἐποίησεν ὥστε ἀμφότεροι τρόπαιον . . . ἐστήσαντο. Anab. 4, 2, 23 διεπράξαντο ὥστε λαβόντες τοὺς νεκροὺς ἀπέδοσαν τὸν ἡγεμόνα. Haec verba non, ut vulgo, sunt *facere, per ficere*, sed plane absolute *agere*, quacum vi ea usitatissima esse notum est; sententiae igitur, quae sequuntur, non obiecta eorum sunt, sed actiouis qualitatem, quae, ut statim videbimus, demonstrativo οὕτως exprimenda est, consequuntur; indicativus accuratius, quid re vera factum sit, exprimit.

Priusquam ad alia progrediamur, commemorare liceat particulae ὥττε post comparativum constructionem, quae quamvis singularior sit, quam ut ad universum particulae ὥστε usum explicandum multum suppeditet, hic non praetermittenda est, quia similem in modum ac post verba supra enumerata orta neque tempus finitum neque demonstrativum οὕτως habet. Exempla sunt Herod. 3, 14 μέζω κακὰ ἢ ὥστε ἀνακλαίειν. Xenoph. Comm. 1, 4, 10 ἐκεῖνο μεγαλοπρεπέστερον ἡγοῦμαι ἢ ὡς τῆς ἐμῆς θεραπείας προσδεῖσθαι. 3, 5, 17 φοβοῦμαι ἀεὶ, μή τι μεῖζον ἢ ὥστε φέρεσθαι δύνασθαι, κακὸν τῇ πόλει συμβῇ. Anab. 3, 3, 7 οἱ ἀκοντισταὶ βραχύτερα ἠκόντιζον, ἢ ὡς ἐξικνεῖσθαι τῶν σφενδονητῶν Thuc. 1, 84 παιδευόμενοι σωφρονέστερον, ἢ ὥστε αὐτῶν ἀνηκουστεῖν. Ubi ὥστε deest, infinitivus ex ipso qualitatis notione, quae in adiectivo est, pendet. Soph. Oed. R. 1293 τὸ γὰρ νόσημα μεῖζον ἢ φέρειν. Eurip. Alc. 229 πλέον ἢ βρόχῳ δέρην οὐρανίῳ πελάσσαι. Hec. 1107 ὅταν τις κρείσσον' ἢ φέρειν κακὰ πάθῃ, Xenoph. Cyrop. 5, 2, 4 ἰσχυρότερα πάντα ἢ προσελθεῖν. In hac structura ὥστε non per ellipsin omitti, ut putat Wyttenbachius in Biblioth. crit. vol. III. part. 2. p. 64, per se patet. Idem discrimen est post positivos nonnullos, qui comparativam quandam significationem habent (conf. G. Hermannus ad Vig. p. 885 et opusc. I. p. 212 et G. G. Nitzschius in comment. editioni Platonis Ion. adiect. p. 52 sq.): Xenoph. Comm. 3, 13, 3 (ὕδωρ) ψυχρὸν ὥστε λούσασθαι. Cyrop. 4, 5, 15 ὀλίγοι ἐσμέν, ὡς ἐγκρατεῖς εἶναι αὐτῶν. Plat. Prot. 314 B ἡμεῖς ἔτι νέοι, ὥστε τοσοῦτο πρᾶγμα διελέσθαι et Herod. 6, 109 ὀλίγους γὰρ εἶναι στρατιῇ τῇ Μήδων συμβαλέειν. Thuc. 1, 50 δείσαντες . . . μὴ . . . αἱ σφέτεραι δέκα νῆες ὀλίγαι ἀμύνειν ὦσι.

Jam ad οὕτως — ὥστε transeamus. Post omnia, quae supra allata sunt, verba solum ὥστε locum habere vidimus propterea, quod in ἱκανός, δύνασθαι, πείθειν cet. notio qua-

litatis per se inerat. Si autem modo vel gradu verborum hac notione carentium aliquid effici dicendum erat, modum vel gradum actionis externa quoque forma distincte definiri oportebat; usurpabatur igitur adverbium pronominis demonstrativi, οὕτως, quod, quia omnium maxime communem sensum habebat, facillime ad varias, qualitatis, quantitatis, modi, rationes indicandas adhiberi poterat. Quo adiuncto efficiebatur, ut verbum finitum ipsum qualitatem quandam habere videretur et potestatem verbi qualitatis nancisceretur. Ad hoc demonstrativum οὕτως referebatur ὥστε ut οἷος ad τοιοῦτος. Hoc igitur discrimen inter τοιοῦτος — οἷος et οὕτως — ὥστε intercedit, quod τοιοῦτος — οἷος per adiectivam suam vim infinitivum regit, οὕτως — ὥστε autem non per se regit, sed qualitatem actionis indicans efficit, ut verbum finitum infinitivum regere possit. Hic eius quoque rei causa posita est, quod numquam post simplex οὕτως infinitivum invenimus; τοιοῦτος infinitivum regit ut adiectivum, οὕτως ubique[7]) nul-

7) Extant nonnulli loci, ubi infinitivus post οὕτως positus esse videtur: Xenoph. Cyrop. 8, 7, 10 οὕτως ἐξ ἀρχῆς ἐπαίδευον, τοὺς μὲν γεραιτέρους προτιμᾶν, τῶν δὲ νεωτέρων προτετιμῆσθαι (ubi margg. Steph. Leuncl. et liber Altorf referunt ὥστε — προτιμᾶν; conf. Bornem. ad h. l.). 3, 1, 16 δοκεῖ γάρ μοι οὕτως ἔχειν, ἄνευ μὲν σωφροσύνης οὐδ' ἄλλης ἀρετῆς οὐδὲν ὄφελος εἶναι. Plat. Gorg. 499 E ἆρα καὶ σοὶ συνδοκεῖ οὕτως, τέλος εἶναι ἁπασῶν τῶν πράξεων τὸ ἀγαθόν. 483 D οὕτω τὸ δίκαιον κέκριται, τὸν κρείττω τοῦ ἥττονος ἄρχειν καὶ πλέον ἔχειν. Sed in his locis infinitivus eundem in modum ἐπεξηγήσεως χάριν post adverbium positus est ac sexcenties post adiectivum demonstrativum; conf. Xenoph. Cyrop. 1, 6, 10 τόδε δὲ πάντων μάλιστά μοι μέμνησο, μηδέποτε ἀναμένειν τὸ πορίζεσθαι τὰ ἐπιτήδεια κτέ. Plat. Gorg. 469 C ἀλλ' ἔγωγε τοῦτο λέγω, ὅπερ ἄρτι, ἐξεῖναι ἐν τῇ πόλει κτέ (ubi frustra proposuit Heindorfius τὸ ἐξεῖναι). 491 D καὶ τὸ δίκαιον τοῦτ' ἐστί, πλέον ἔχειν τούτους τῶν ἄλλων. Alia est ratio paucorum aliorum locorum, in quibus inusitate ὥστε omissum est, ab Aeschylo in Agam. 479 τίς ὧδε παιδνὸς ἢ φρενῶν κεκομμένος — ἀλλαγᾷ λόγου καμεῖν, ab Euripide in Orest. 566 εἰ γὰρ γυναῖκες εἰς τόδ' ἥξουσιν θράσους, ἄνδρας φονεύειν (et fortasse in Iphig. Aul. 511 ἀλλ' ἥκομεν γὰρ εἰς ἀναγκαίας τύχας, θυγατρὸς αἱματηρὸν ἐκπρᾶξαι φόνον), inter prosaicos autem a solo Herodoto bis, 3, 12 αἱ μὲν τῶν Περσέων κεφαλαί εἰσι ἀσθενέες οὕτω, ὥστε, εἰ ἐθέλεις ψήφῳ μούνῃ βαλέειν, διατετρανέεις, αἱ δὲ τῶν Αἰγυπτίων οὕτω δή τι ἰσχυραί, μόγις ἂν παίσας διαρρήξειας et 3, 108 ὅτι ὁ λαγὸς ὑπὸ παντὸς θηρεύεται θηρίου ..., οὕτω δή τι πολύγονόν ἐστι, ἐπικυΐσκεται μοῦνον πάντων θηρίων, ubi cum plerisque editoribus sic interpungendum est: ... πολύγονόν ἐστι· ἐπικυΐσκεται μ. π. θ.; οὕτω δή τι πολύγονον spectat ad praecedentem enuntiationem.

lam aliam quam verbi finiti determinandi vim habet. Hinc duo sequuntur, quae gravissima sunt, primum initio necesse fuisse huiuscemodi verbis ubique demonstrativum οὕτως (vel ὧδε, τοῦτον τὸν τρόπον sim.) addi, deinde infinitivum non ex ὥστε, sed non minus ex verbo per οὕτως qualitatis notionem nacto aptum fuisse quam ex illis, quae per se hanc notionem habebant.

Hoc vinculum, quo artissime infinitivus cum verbo regenti coniunctus erat, paulatim sic relaxabatur, ut οὕτως eodem modo quo alia demonstrativa ante relativa eorum ante ὥστε suppleretur et deinde omnino omitteretur, correlativorum igitur οὕτως — ὥστε vis in simplex ὥστε transferretur; tunc autem facillime fieri poterat, ut ὥστε, quod per se infinitivum regere videbatur, non modo, ubi οὕτως in antecedentibus suppleri poterat (Thuc. 1, 91 Θεμιστοκλῆς ἐπελθὼν τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐνταῦθα δὴ φανερῶς εἶπεν ὅτι ἡ μὲν πόλις σφῶν [suppl. οὕτω] τετείχισται ἤδη ὥστε ἱκανὴ εἶναι σῴζειν τοὺς ἐνοικοῦντας) sed etiam nulla singula voce, ad quam οὕτως suppleri posset, praecedente poneretur: Isocr. 19, 39 ἀπεκόμισ' ἐπὶ τὸ πλοῖον μετὰ τοῦ θεράποντος τοὐμαυτοῦ, φέρων ἐπὶ τῶν ὤμων, ὥστε ἐκεῖνον πολλάκις καὶ πρὸς πολλοὺς εἰπεῖν, ὅτι μόνος ἀνθρώπων αἴτιος εἴην αὐτῷ τῆς σωτηρίας. Lys. 16, 16 ἐν Κορίνθῳ χωρίων ἰσχυρῶν κατειλημμένων, ὥστε τοὺς πολεμίους μὴ δύνασθαι προσιέναι κτέ. 20, 25 ἐπειδὴ Καταναῖοι ἠνάγκαζον ἱππεύειν ἵππευον καὶ οὐδενὸς οὐδ' ἐνταῦθα κινδύνου ἀπελειπόμην, ὥστ' εἰδέναι ἅπαντας οἷος ἦν τὴν ψυχὴν ἱππεύων τε καὶ ὁπλιτεύων. Dem. 23, 67 ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ... πρῶτον μὲν διομεῖται κατ' ἐξωλείας αὐτοῦ ... εἶτ' οὐδὲ τὸν τυχόντα τιν' ὅρκον τοῦτον ποιήσει ἀλλ' ὃν οὐδεὶς ὄμνυσιν ὑπὲρ οὐδενὸς ἄλλου, στὰς ἐπὶ τῶν τομίων κάπρου καὶ κριοῦ καὶ ταύρου, καὶ τούτων ἐσφαγμένων ὑφ' ὧν δεῖ καὶ ἐν αἷς ἡμέραις καθήκει, ὥστε καὶ ἐκ τοῦ χρόνου καὶ ἐκ τῶν μεταχειριζομένων ἅπαν, ὅσον ἔσθ' ὅσιον, πεπρᾶχθαι. In huiuscemodi locis infinitivum ex ὥστε depen-

dere vulgo dicitur[8]), sed proprie etiam hic *οὕτως* non singulae vocis, sed totius sententiae qualitatem indicans supplendum esse et hac qualitate infinitivi constructionem effici egregie ea ratione, qua Herodotus ad hoc consecutionis genus describendum utitur, illustratur. Herodotus, ubi quid ex antecedenti sententia consequi dicere vult, interdum in fine primariae sententiae *οὕτω* ponit; finit quodammodo sententiam primariam, tum demum modum eius et gradum indicat voca-

8) Haec est sola causa, cur ante hoc *ὥστε* infinitivum regens interdum, ubi *ὥστε* verti solet *itaque*, punctum ponatur ab omnium fere scriptorum editoribus, a Baitero et Sauppio in Isocr. 7, 5. 12, 94. 21, 13. Antiph. 5, 16, a L. Dindorfio in Xenoph. Hell. 4, 4, 3 (ed. Lips. a. 1870) al.; alii quamquam plerumque comma praeferunt, hic illic mirifice punctum ponunt; sic C. Fr. Hermannus in editione Platonis (Lips. a. 1874) in Soph. 234 C. Euthyd. 305 C. Hipp. min. 372 E. Crat. 410 D. 427 D. 438 C. Gorg. 465 A. B. Phil. 44 C. Men. 94 D. Alcib. II. 142 A. Menex. 239 E. e. c. a Bipontina editione recedens comma habet, punctum autem in Apol. 22 D. Phaedr. 75 D. Theaet. 157 A. Men. 81 C. Mihi quidem haec interpunctio fortior vel potius perversa neque ulla causa satis delendi posse videtur. Akenius de hac re dicit p. 129: »*Der Infinitiv ist möglich auch, wenn ein Satz erst nachträglich als eine Folge aussprechend gefasst wird, d. h. so dass vor ὥστε ein Punktum sich findet*«; sed utrum scriptor primaria sententia prorsus finita consecutionem ita addere voluerit, ut singularis sententia esset, necne nos diiudicare nullo modo possumus. Forsitan quis dixerit hanc opinionem comprobari iis locis, in quibus tragici poetae in initio responsionum, etiam si infinitivus sequatur, *ὥστε* ponant, uti Aeschylus in Pers. 244. Agam. 541, Sophocles in Aiac. 453. Electr. 780. Oed. R. 1527. Trach. 175. 629, Euripides in Alc. 1084. Hec. 246. 250 al. Quibus in locis responsionem cum praecedenti sententia tam arte cohaerere, ut fere membrum eius sit, quod divelli non possit, per se patet. Causas, cur punctum poni non possit, quia omnes enumerare longum est, nonnullas tantum affero. Unaquaeque sententia, quae verbum in infinitivo habet, secundaria est; nulla autem secundaria sententia a verbo vel sententia primaria puncto posito distingui debet. Omnes sententiae, quae pronominibus vel adverbiis relativis introducuntur, sunt primariae. Ante Latinum *ut* consecutivum, si nullo demonstrativo praecedente usurpatur, atque etiam ante *ita ut* numquam punctum ponitur. Has ob causas equidem puto ante *ὥστε* cum infinitivo coniunctum ubique ponendum esse comma, punctum autem locum habere tantum in oratione obliqua, uti in Thuc. 4, 97. 8, 76.

bulis *οὕτω ὥστε*. Quia hic usus memoria dignissimus a nullo, quod sciam, adnotatus est, exempla omnia collaturus sum. 3, 105 *εἶναι δὲ ταχυτῆτα οὐδενὶ ἑτέρῳ ὁμοῖον, οὕτω ὥστε … οὐδένα ἂν σφεων ἀποσώζεσθαι.* 8, 27 *τούτους ὦν αἵ τε φυλακαὶ τῶν Θεσσαλῶν πρῶται ἰδοῦσαι ἐφοβήθησαν … καὶ μετὰ τὰς φυλακὰς αὐτὴ ἡ στρατιὴ οὕτω ὥστε τετρακισχιλίων κρατῆσαι νεκρῶν καὶ ἀσπίδων Φωκέας.* 9, 37 *ἀπέδρη ἐς Τεγέην, τὰς μὲν νύκτας πορευόμενος, τὰς δὲ ἡμέρας καταδύνων ἐς ὕλην καὶ αὐλιζόμενος, οὕτω ὥστε Λακεδαιμονίων πανδημεὶ διζημένων τρίτῃ εὐφρόνῃ γενέσθαι ἐν Τεγέῃ*; cap. 61 *φράξαντες τὰ γέρρα οἱ Πέρσαι ἀπίεσαν τῶν τοξευμάτων πολλὰ ἀφειδέως, οὕτω ὥστε πιεζομένων τῶν Σπαρτιητέων καὶ τῶν σφαγίων οὐ γινομένων ἀποβλέψαντα τὸν Παυσανίην πρὸς τὸ Ἡραῖον τὸ Πλαταιέων ἐπικαλέσασθαι τὴν θεόν*; cap. 73 *τοῖσι Δεκελεῦσι … ἀτελείη τε καὶ προεδρίη διατελέει ἐς τόδε αἰεὶ ἔτι ἐοῦσα, οὕτω ὥστε καὶ ἐς τὸν πόλεμον τὸν ὕστερον … γενόμενον … Δεκελείης ἀποσχέσθαι.* Quibus exemplis, quia tantum de *οὕτω ὥστε* agimus, nonnulla alia, quae verbum finitum post *ὥστε* praebent, addere licet. 1, 96 *ποιέων τε ταῦτα ἔπαινον εἶχε οὐκ ὀλίγον πρὸς τῶν πολιητέων, οὕτω ὥστε πυνθανόμενοι οἱ ἐν τῇσι ἄλλῃσι κώμῃσι … ἄσμενοι ἐφοίτεον παρὰ τὸν Δηιόκεα.* 3, 57 *νησιωτέων μάλιστα ἐπλούτεον ἅτε ἐόντων αὐτοῖσι ἐν τῇ νήσῳ χρυσέων καὶ ἀργυρέων μετάλλων, οὕτω ὥστε ἀπὸ τῆς δεκάτης τῶν γινομένων αὐτόθεν χρημάτων θησαυρὸς ἐν Δελφοῖσι ἀνακέεται ὁμοῖος τοῖσι πλουσιωτάτοισι.* cap. 104 *τοῦτον τὸν χρόνον καίει πολλῷ μᾶλλον ἢ τῇ μεσαμβρίῃ τὴν Ἑλλάδα, οὕτω ὥστε ἐν ὕδατι λόγος αὐτούς ἐστι βρέχεσθαι τηνικαῦτα.* 6, 120 *Λακεδαιμονίων ἧκον ἐς τὰς Ἀθήνας δισχίλιοι μετὰ τὴν πανσέληνον, ἔχοντες σπουδὴν πολλὴν καταλαβεῖν, οὕτω ὥστε τριταῖοι ἐκ Σπάρτης ἐγένοντο ἐν τῇ Ἀττικῇ.* 7, 118 *ἐς πᾶν κακοῦ ἀπίκατο οὕτω ὥστε ἀνάστατοι ἐκ τῶν οἰκίων ἐγίνοντο.* 9, 118; cap. 67 *οὗτοι εἶχον προθυμίην οὐκ ὀλίγην μαχόμενοί τε καὶ οὐκ ἐθελοκακέοντες, οὕτω ὥστε τριηκόσιοι … ἔπεσον.* In omnibus his locis *οὕτω* non ad singulam voculam pertinet, sed totius enuntiationis primariae qualitatem eundem in modum comprehendit ac nostrum *so* in *so dass* vel Latinum *ita* in *ita ut*[9]).

9) Hoc indicium non improbatur iis locis, in quibus *οὕτω* post

Hoc igitur discrimen inter Herodotum et seriores scriptores intercedit, quod illi totius enuntiationis qualitatem proprio adverbio οὕτω exprimi necesse videbatur, apud hos autem simplex ὥστε eodem munere quo apud illum οὕτω ὥστε fungitur.

His de οὕτως — ὥστε positis disserendum nobis est brevissime de alia correlativa forma. Vidimus ad τοιοῦτος, τοσοῦτος proprie spectare οἷος, ὅσος. Cum autem τοιοῦτος, τοσοῦτος una cum qualitate, quantitate nominis per se aliquem modum exprimant, factum est, ut pro οἷος, ὅσος etiam ὥστε poneretur. Τοιοῦτος — ὥστε est „*von der Art, derartig — wie zu —*". Κῦρος εἰς τοσαύτην ἦλθε μεταβολὴν ὥσθ' ἁπάσης τῆς Ἀσίας γενέσθαι δεσπότης (Isocr. 5, 66) est εἰς οὕτω („*der Art*") μεγάλην μ.; quam nihil intersit inter εἰς τοσαύτην ἦλθε μεταβολὴν et εἰς οὕτω μεγάλην ἦ. μ. unusquisque videt. Monendum tantum est apud Graecos τοιοῦτος, τοσοῦτος usitata esse, sed in Latino sermone exempla ut Ciceronis in Tusc. 1, 3 *ita magnos nostram ad aetatem, ut non multum aut nihil Graecis cederetur*, vel nat. deor. 1, 9, 23 *ita multa incommoda sunt in vita, ut ea sapientes commodorum compensatione leniant*, non ita rara sunt. Infinitivum post τοιοῦτος, τοσοῦτος — ὥστε non quid actionis modum, sed quid nominis qualitatem vel quantitatem sequatur indicantem, non aliter ortum esse ac post τοιοῦτος — οἷος per se patet; itaque iis, quae supra exposui, nihil addo amplius. Pertinent huc eae quoque sententiae, in quibus οὕτως adiectivis, Isocr. 4, 48 ὁρῶσα ... οὕτω ταραχώδεις οὔσας τὰς τύχας, ὥστε πολλάκις ἐν αὐταῖς τοὺς φρονίμους ἀτυχεῖν, vel adverbiis adiungitur, eiusd. or. 17, 4

---

singulam vocem, cuius qualitatem indicat, ponitur: 1, 9 μηχανήσομαι οὕτω ὥστε, 212 μαίνεσθε οὕτω ὥστε. 4, 136 παραστησόμεθα οὕτω ὥστε. 3, 12 ἀσθενέες οὕτω ὥστε. 4, 159 διεφθάρησαν οὕτω ὥστε. 6, 83 ἐχηρώθη οὕτω ὥστε. 8, 99 συνέχεε οὕτω ὥστε. 9, 70 παρῆν φονεύειν οὕτω ὥστε. Sic οὕτως ὥστε etiam apud alios invenitur, Dem. 27, 15 ποιήσειν οὕτως ὥστε. 36, 45 ζῇς ἀσελγῶς οὕτως ὥστε. Plat. Protag. 334 E μακρὰ λέγειν, ἐὰν βούλῃ, οὕτως ὥστε ... ἐπιλιπεῖν, καὶ αὖ βραχέα οὕτως ὥστε. Conviv. 196 E. Crat. 418 A; ubi haec collocatio fortuita aut oratoria est; vid. Isocr. 15, 189 σαφήνειαν τοιαύτην ὥστε. Lys. 24, 4. Dem. 19, 317. 21, 158.

οὕτω γὰρ οἰκείως πρὸς αὐτὸν διεκείμην, ὥστε μὴ μόνον περὶ χρημάτων ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ἄλλων τούτῳ μάλιστα πιστεύειν.

Denique ὥστε refertur ad οὗτος, ὅδε, sed tantum in una dictione, εἰς τοῦτο, τόδε ἥκειν, ἀφικνεῖσθαι, προάγειν; Isocr. 14, 3 ἐπειδὴ δ' εἰς τοῦθ' ἥκομεν ἀτυχίας, ὥστε μὴ μόνον ἡμῖν εἶναι τὸν ἀγῶνα πρὸς τούτους κτἑ. Verba εἰς τοῦθ' ἥκειν ἀτυχίας non minorem vim habent quam εἰς τοσοῦτον ἥκειν ἀτυχίας; sed notandum est pronomine τοῦτο qualitatis notionem non expresse significari. Hanc constructionem iis, quas modo tractavimus, recentiorem esse vel ex eo elucet, quod infinitivum rarissime praebet (vid. p. 52); mihi quidem non dubium videtur, quin ex altera εἰς τοσοῦτον ... ἥκειν orta sit.

Ad perficiendam hanc de sententiarum consecutivarum origine quaestionem paucis dicendum est de congruentia et discrepantia subiecti primariae et secundariae enuntiationis. Subiectum enim secundariae enuntiationis aut idem est ac primariae aut diversum; si diversum est, in casu accusativo infertur; quae constructio quin posterior sit non dubium est. Ut τοιοῦτός εἰμι οἷος βούλεσθαι proprie est „*ich bin so beschaffen, wie zu wollen*", sic ἱκανός εἰμι ὥστε προστάττειν „*bin geeignet wie zu befehlen*" δύναμαι ὥστε ποιεῖν „*bin im Stande, wie zu thun*", neque minus huc pertinent ii loci, in quibus subiectum infinitivi in alio casu in primaria sententia est; Od. 21, 172 οὐ γάρ τοι σέγε τοῖον ἐγείνατο πότνια μήτηρ οἷον ... ἔμεναι „*wie ... werden zu sollen.*" 3, 205 αἲ γὰρ ἐμοὶ τοσσήνδε θεοὶ δύναμιν παραθεῖεν τίσασθαι μνηστῆρας; post omnia illa verba transitiva, post quae supervacaneum quod vocatur ὥστε infertur, et post permulta alia, uti Xenoph. Anab. 1, 1, 5 πάντας οὕτω διατιθεὶς ἀπεπέμπετο ὥστε αὐτῷ μᾶλλον φίλους εἶναι ἢ βασιλεῖ. Cyrop. 1, 6, 40 ἐξέπληττες αὐτὸν, ὥστε ἄφρονα ἁλίσκεσθαι, subiectum infinitivi est obiectum verbi regentis; in dativo est in Xenoph. Cyrop. 8, 2, 2 ἐπειδὴ ἐγένετο αὐτῷ ὥστε χρήμασιν εὐεργετεῖν. Antiph. 5, 66 εἰ μὴ προσήκει μοι μηδὲν ὥστ' ἀποκτεῖναι αὐτόν, in genitivo Dem. 57, 64 τίς ὑμῶν ἂν καταγνοίη μου τοσαύτην μανίαν ... ὥστε τηλικούτων ἕνεκεν πρὸς τὸ πρᾶγμα τεκμηρίων ἄξια θανάτου διαπράξασθαι. Hanc consecutivarum sententiarum formam, in qua subiectum infinitivi in aliquo casu in primaria sententia

praecedit, primam et genuinam esse consentaneum est; congruit cum usu simplicis infinitivi post adiectiva et verba qualitatem, effectum, consilium indicantis. Altera accusativi infinitivo adiuncti constructio nobis dura videtur esse, sed nihil habet miri, dummodo meminerimus, quam facile Graeci in variis dictionibus subiectum infinitivo adiunxerint in accusativo. Infinitivus omnibus locis, ubi cum accusativo coniunctus exstat, primitus non minus ex verbo finito dependet quam cum subiectum in primaria sententia praecedit; subiectum autem ut in accusativo ponatur, natura infinitivi postulat [10]).

---

10) Si infinitivi subiectum idem est ac primariae sententiae, hoc autem in nominativo est, adiectiva et pronomina, quae ad infinitivi subiectum pertinent, in accusativo non ponuntur nisi opponendi causa, uti Lys. 19, 63 *ἐνίκησεν Ἰσθμοῖ καὶ Νεμέᾳ, ὥστε τὴν πόλιν κηρυχθῆναι καὶ αὐτὸν στεφανωθῆναι*; quare Thuc. 1, 12 *ἡ Ἑλλὰς ἔτι μετανίστατό τε καὶ κατῳκίζετο, ὥστε μὴ ἡσυχάσασαν αὐξηθῆναι* accusativus ferri non potest, quamquam a Lobeckio ad Phryn. p. 750, cui Kruegerus al. ad l. d. assentiuntur, defenditur multis exemplis maxime ex posterioribus scriptoribus sumptis; errat Lobeckius, si putat in loco Thucydideo, qui est 1, 91 *ὅτι ἡ πόλις τετείχεσται ἤδη, ὥστε ἱκανὴ εἶναι σῴζειν τοὺς ἐνοικοῦντας*, posse etiam *ἱκανὴν εἶναι* dici; nam 7, 34 *ναυμαχήσαντες ἀντίπαλα καὶ ὡς αὐτοὺς ἑκατέρους ἀξιοῦν νικᾶν* subiectum in accusativo est tamquam si in vocula *ἑκατέρους* duas pugnantium partes separatim denotante novum subiectum inferatur; simillima condicio est 4, 84 *πεισθὲν τὸ πλῆθος ὑπὸ τοῦ Βρασίδου δέξασθαί τε αὐτὸν μόνον καὶ ἀκούσαντας βουλεύσασθαι δέχεται*, quem locum perverse ad *ἡσυχάσασαν* defendendum adhibet Boehmius, et Xenoph. Comm. 2, 7, 2 *συνεληλύθασιν ὡς ἐμὲ καταλελειμμέναι ἀδελφαί τε καὶ ἀδελφιδαῖ καὶ ἀνεψιαὶ τοσαῦται, ὥστ' εἶναι ἐν τῇ οἰκίᾳ τεσσαρεσκαίδεκα τοὺς ἐλευθέρους*, ubi non vis articuli, ut Ernestius putat (*et ii quidem liberi*), sed masculinum de feminino positum accusativum efficit; et Isocr. 5, 121 *οὓς εἰ μὴ παύσομεν ἀθροιζομένους βίον αὐτοῖς ἱκανὸν πορίσαντες, λήσουσιν ἡμᾶς τοσοῦτοι γενόμενοι τὸ πλῆθος, ὥστε μηδὲν ἧττον αὐτοὺς εἶναι φοβεροὺς τοῖς Ἕλλησιν ἢ τοῖς βαρβάροις*, cum Isocrates Philippum ad bellum barbaris faciendum adhortans nihil habeat, cur tam anxie praetimeat barbaris, scribendum est: *μηδὲν ἧττον αὐτοὺς εἶναι φοβεροὺς τοῖς Ἕλλησιν ἢ τοὺς βαρβάρους*; tum etiam *αὐτούς* optime se habet. Recte igitur Poppo, Kruegerus, Schoenius 1, 12 receperunt *ἡσυχάσασα*. (Alia nominativi exempla sunt Thuc. 1, 81. 4, 65. Isocr. 9, 71. Dem. 18, 220. 44, 65. 50, 34. 52, 30). — Unum exemplum Lobeckium fugit, Hes. op. et d. 43. 44.

Ut omnia, quae de origine sententiarum consecutivarum dixi, complectar, adverbium relativum *ὥστε* ad introducendum infinitivum quid verbi vel nominis qualitatem consequi posset indicantem sic ponebatur, ut ad verbi vel nominis qualitatem referretur. Ubi haec qualitas in verbo vel nomine ipso erat, sufficiebat simplex *ὥστε* neque umquam demonstrativum praemissum est; ubi non erat, exprimebatur aut verbo demonstrativis adverbiis *οὕτως*, *ὧδε* aut nomini adiectivis *τοιοῦτος*, *τοσοῦτος* sim. adiunctis. Tantum alterum genus variari poterat, atque etiam hoc tantum, si *ὥστε* ad *οὕτως* spectabat; *οὕτως* enim non modo verbi, sed etiam totius sententiae qualitatem indicare, praeterea autem omnino ante correlativum *ὥστε* suppleri poterat; quo fiebat, ut *ὥστε* solum et singulorum verborum et sententiarum consecutiones introduceret. Infinitivus autem, cuius subiectum proprie in aliquo casu in primaria sententia praecedebat, primitus ex qualitate verbi sive per se hanc notionem habentis sive demonstrativis *οὕτως*, *τοιοῦτος* additis nacti pendebat, deinde autem a particula *ὥστε* regi videbatur.

§ 4.

De verbo finito in sententiis consecutivis.

Infinitivi constructionem indicativo (ut ceteros modos hic omittam) praecedere elucet, ne dicam de Latina particula consecutiva *ut* ubiquo cum coniunctivo constructa, quae constructio respondet infinitivo post *ὥστε*, et ex origine sententiarum consecutivarum, quam modo illustravimus, et ex Homeri [11]), Hesiodi, cyclicorum poetarum atque etiam Aeschyli

---

ῥηϊδίως γάρ κεν καὶ ἐπ' ἤματι ἐργάσσαιο [*ἐόντα.*
ὥστε σέ κ' (Herm. et Schoem. *καὶ*) *εἰς ἐνιαυτὸν ἔχειν καὶ ἀεργὸν*

Accusativus *ἀεργὸν ἐόντα* quomodo explicandus sit nescio; fortasse post *ἐργάσσαιο* versus excidit.

11) Nonnulli Homerum etiam indicativo usum esse dixerunt: Od. 1, 227 *ὥς τέ μοι ὑβρίζοντες ὑπερφιάλως δοκέουσιν*
δαίνυσθαι κατὰ δῶμα
et 3, 245 *τρὶς γὰρ δή μίν φασιν ἀνάξασθαι γένε' ἀνδρῶν,*
ὥς τέ μοι ἀθάνατος ἰνδάλλεται εἰσοράασθαι;

consuetudine post ὥστε solum infinitivum ponendi. Indicativi igitur constructio orta est ex infinitivi, et non ex priore illo genere, in quo simplex ὥστε post verba, quae per se supplemento carent, ponitur, nam hic infinitivum non minus ex verbo finito pendere quam si ὥστε desit vidimus, sed ex altero, in quo vinculum, quo infinitivus cum verbi qualitate per οὕτως expressa coniunctus erat, sensim relaxatum est. Causa autem, cur Graeci indicativum ponere inciperent, haec fuisse videtur; infinitivo exprimebatur tantum rem aliquam consequi posse vel potuisse, utrum re vera consecuta esset necne, nullo modo indicabatur, sed supplendum erat; haec ratio ad consecutiones in facto positas exprimendas postea non sufficiebat, sed necesse videbatur eas accuratius distingui temporibus finitis. Quo factum est, ut cohaerentia sententiarum, primariae et secundariae, non tam intima esset quam si infinitivus sequeretur, consecutio autem, id quod per infinitivum non erat, propria sententia exprimeretur et quodammodo per se constaret. Primaria sententia et secundaria fere aequales sunt; quare non pauci sunt, qui hanc ipsam constructionem comparativam esse dicant. Recte quidem; e. c. verba Demosthenis, quae sunt in or. 2, 26 οὕτως ἀγνωμόνως ἔχετε, ὥστε, δι' ὧν ἐκ χρηστῶν φαῦλα τὰ πράγματα τῆς πόλεως γέγονε, διὰ τούτων ἐλπίζετε τῶν αὐτῶν πράξεων ἐκ φαύλων αὐτὰ χρηστὰ γενήσεσθαι, proprie significant: *ihr seid so unverständig wie ihr . . . hofft*; comparantur inter se eorum inscitia et spes; quod iudicium comprobatur particulae ὡς pro ὥστε usu: Herod. 1, 163 τούτῳ δὴ τῷ ἀνδρὶ προσφιλέες οἱ Φωκαιέες οὕτω δή τι ἐγένοντο, ὡς ... ἐκέλευε τῆς ἑωυτοῦ χώρης οἰκῆσαι. 2, 135

---

sed in his locis ὥς τε non consecutionem, sed, ut Lehrsius de Arist. stud. Hom. ed. 2. p. 157 vult, exclamationem vel potius, ut Faesius ad 1, 227 explicat, eodem modo quo ὡς 3, 196

ὡς ἀγαθὸν καὶ παῖδα καταφθιμένοιο λιπέσθαι
ἀνδρός

et 17, 449 ὥς τις θαρσαλέος καὶ ἀναιδής ἐσσι προΐκτης,
causam indicat (schol. ad 1, 227 vertit ὅτι), ita ut sit „*wie, demgemäss wie, so fern, weil.*“ De consecutivo ὥστε in his locis non cogitandum est, quia infinitivus post ὥστε apud Homerum tam imperfecte atque inusitate usurpatur.

οὕτω δή τι ἐγένετο, ὡς καὶ πάντες . . . ἐξέμαθον. Xenoph. Cyrop. 5, 4, 11 οὕτω μοι προθύμως ἐβοήθησας ὡς . . . οἴχομαι. Hell. 4, 4, 16 οὕτως . . ὤκνουν, ὡς . . . οὐ προσῆσαν. 6, 1, 15 ὅς φρόνιμος μὲν οὕτω στρατηγός ἐστιν ὡς . . . οὐ μάλα ἀφαμαρτάνει 4, 1, 33 οὕτω διάκειμαι ὑφ' ὑμῶν ὡς οὐδὲ δεῖπνον ἔχω ἐν τῇ ἐμαυτοῦ χώρᾳ. Oecon. 8, 13 καὶ οὕτω κατακείμενα ἕκαστα κατενόησα, ὡς οὔτε ἄλληλα ἐμποδίζει, οὔτε μαστευτοῦ δεῖται, οὔτε ἀσυσκεύαστά ἐστι κτέ. § 14 τὸν δὲ τοῦ κυβερνήτου διάκονον, ὃς πρωρεὺς τῆς νεὼς καλεῖται, οὕτως εὔρον ἐπιστάμενον ἑκάστων τὴν χώραν, ὡς καὶ ἀπὼν ἂν εἴποι, ὅπου ἕκαστα κεῖται. Sed hoc particulae ὡς usu indicativi post ὥστε constructio fortasse accuratius definiri potest. Cum indicativo enim ὡς multo rarius occurrit quam cum infinitivo; praeter eos locos, quos modo enumeravi, pauci tantum exstant, qui omnes aliter explicandi sunt: in Aesch. Prom. 156 ὡς μήτε θεῶν μήτε τις ἀνδρῶν τοῖσδ' ἐγεγήθει negatio μήτε — μήτε de consilio cogitari iubet; in Agam. 38 ὡς ἑκὼν ἐγὼ μαθοῦσιν αὐδῶ κοὐ μαθοῦσι λήθομαι non consecutionem ὡς indicat, sed causam, referendum enim est ad v. 36 τὰ δ' ἄλλα σιγῶ; itemque Pers. 726 ὡς ἰδεῖν τέλος πάρεστιν οἷον ἤνυσεν κακόν et 730 πρὸς τάδ' ὡς Σούσων μὲν ἄστυ πᾶν κενανδρίαν στένει; tenendum est etiam Aeschylum post ὥστε numquam tempus finitum posuisse; quare Agam. 319, ubi Wellauerus scribebat ὡς (itaque) λέγοις πάλιν, nunc editores recte habent: οὓς λέγεις, πάλιν. Deinde in Platonis Republ. IV p. 420 E legimus: ἀλλ' ἡμᾶς μὴ οὕτω νουθέτει ὡς, ἂν σοι πειθώμεθα, οὔτε ὁ γεωργὸς γεωργὸς ἔσται οὔτε ὁ κεραμεὺς κεραμεὺς κτέ., quem locum forsitan quis huc pertinere dixerit; sed ὡς non consecutivum est ad οὕτω referendum (tum sequens verbum in infinitivo esse deberet post imperativum), sed simpliciter comparativum, causam afferens (animadvertas quaeso ad verba ἂν σοι πειθώμεθα), qua de causa recte Schneiderus, C. Fr. Hermannus al. fortiore interpunctione sententias diviserunt. Denique apud Demosthenem in or. 6, 11 invenimus: ἔστι μείζω τἀκείνων ἔργα, ἢ ὡς τῷ λόγῳ τις ἂν εἴποι, qui locus meram comparationem continet ut Xenoph. Anab. 1, 5, 8 εἰσπηδήσαντες . . . θᾶττον ἢ ὥς τις ἂν ᾤετο (conf. Anab. 1, 2, 4 κατανοήσας ταῦτα καὶ μείζονα ἡγησάμενος εἶναι

ἢ ὡς ἐπὶ Πισίδας τὴν παρασκευήν). Ex hac particulae ὡς cum temporibus finitis raritate concludi posse mihi videtur tempora finita tum primum in sententiis consecutivis usurpata esse, cum particula ὥστε coepta esset consecutionis propria considerari; equidem nullam aliam causam, cur ὡς cum infinitivo coniunctum tam saepe, cum indicativo tam raro occurrat, video; si eo tempore, quo res in facto positas temporibus finitis accuratius exprimi necesse videretur, particula ὥστε consecutivarum sententiarum propria facta erat, facile intelligitur, quomodo evenerit, ut ante tempora finita simplici ὡς praeferretur.

Pauca tantum in universum de temporibus finitis addenda sunt. Ὥστε solum ad consecutiones introducendas saepissime usurpari notum est; plerumque, maxime ubi ab antecedentibus fortiore interpunctione distinguitur, verti potest *itaque*, sed nihil est nisi *ut* neque aliter sententias primarias antecedentibus adnectit ac Latinum *quamobrem, qua de causa* sim.

Interdum tempus finitum ponitur praecedente in priore consecutionis parte infinitivo. Uno, quod videam, loco, Aristoph. Pac. 644 οἱ ξένοι

χρυσίῳ τῶν ταῦτα ποιούντων ἐβύνουν τὸ στόμα,
ὥστ' ἐκείνους μὲν ποιῆσαι πλουσίους, ἡ δ' Ἑλλὰς ἂν
ἐξερημωθεῖσ' ἂν ὑμᾶς ἔλαθε,

excepto ubique simplicem indicativum invenimus: Soph. El. 780

ὥστ' οὔτε νυκτὸς ὕπνον οὔτ' ἐξ ἡμέρας
ἐμὲ στεγάζειν ἡδὺν, ἀλλ' ὁ προστατῶν
χρόνος διῆγέ μ' αἰὲν ὡς θανουμένην.

Thuc. 3, 21 . . . ὥστε πάροδον μὴ εἶναι παρὰ πύργον ἀλλὰ δι' αὐτῶν μέσων διῄεσαν. 5, 14 ξυνέβη μετὰ τὴν Ῥαμφίου ἀναχώρησιν ἐκ Θεσσαλίας ὥστε πολέμου μὲν μηδὲν ἔτι ἅψασθαι μηδετέρους, πρὸς δὲ τὴν εἰρήνην μᾶλλον τὴν γνώμην εἶχον κτέ. 6, 77 . . . ὥστε τοὺς μὲν λόγοις ἡμῶν διιστάναι, τοὺς δὲ ξυμμάχων ἐλπίδι ἐκπολεμοῦν πρὸς ἀλλήλους, τοῖς δὲ ὡς ἑκάστοις τι προσηνὲς λέγοντες δύνανται κακουργεῖν; alia exempla sunt Plat. Phaed. 66 D. Isocr. 19, 27. 21, 4. Xenoph. Anab. 2, 3, 10. 4, 7, 17. Ubique infinitivus in priore loco est; indicativus igitur non ex ὥστε pendet, sed eodem modo infer-

tur quo post ἵνα (e. c. Thuc. 6, 18, 4, ubi vid. Popp.) vel Latinum *ut* consecutivum (vid. Heusing. ad Cic. de off. 1, 3, 5).

De indicativo nihil habeo, quod his in universum expositis addam. Ad perspiciendam ceterorum verbi modorum rationem tenendum est consecutivas sententias, quas verbum in temporibus finitis positum habent, non quid in consilio sit exprimere, sed enuntiationem continere. Praeter simplicem igitur indicativum verbum et in indicativo praeteriti et in optativo cum ἂν coniunctis saepissime invenitur eodem modo quo in primariis sententiis, cuius usus exemplis non opus est, in coniunctivo autem numquam nisi cum μὴ οὐ in uno Platonis loco Phaedr. 227 D ἔγωγ' οὖν οὕτως ἐπιτεθύμηκα ἀκοῦσαι, ὥστ' ἐὰν βαδίζων ποιῇ τόν περίπατον Μέγαράδε, καὶ κατὰ Ἡρόδικον προσβὰς τῷ τείχει πάλιν ἀπίῃς, οὐ μή σου ἀπολειφθῶ, et cum μὴ pro imperativo in eiusdem solius nonnullis locis: Crit. 45 B ὥστε, ὅπερ λέγω, μήτε ταῦτα φοβούμενος ἀποκάμῃς σαυτὸν σῶσαι κτέ. Phaedr. 238 D ὥστε ἐὰν ἄρα πολλάκις νυμφόληπτος προϊόντος τοῦ λόγου γένωμαι, μὴ θαυμάσῃς. 245 B ὥστε τοῦτό γε αὐτὸ μὴ φοβώμεθα. 274 A ὥστ' εἰ μακρὰ ἡ περίοδος, μὴ θαυμάσῃς. Soph. 239 B ὥστε ἐν ἔμοιγε λέγοντι, καθάπερ εἶπον, μὴ σκοπῶμεν τὴν ὀρθολογίαν, et in simplici optativo non nisi sententia primaria ipsa optativa, in oratione obliqua, est, cuius exempla affert Klotzius ad Devar. p. 771: Xenoph. Oecon. 1, 13 εἰ γοῦν τις χρῷτο τῷ ἀργυρίῳ, ὥστε πριάμενος οἷον ἑταίραν διὰ ταύτην κάκιον μὲν τὸ σῶμα ἔχοι, κάκιον δὲ τὴν ψυχὴν, κάκιον δὲ τὸν οἶκον, πῶς ἂν ἔτι τὸ ἀργύριον αὐτῷ ὠφέλιμον εἴη; et Lucian. dial. mort. 12, 2 ἓν μὲν τοῦτο, ὦ Μίνως, ὠνάμην, ὅτι ἐνταῦθα καὶ τὴν Ἑλλάδα φωνὴν ἐξέμαθον, ὥστε οὐδὲ ταύτῃ πλέον (J. Bekker et codex 𝔄 Fritzschii optimus ἂν) οὗτος ἐνέγκαιτό μου; addo Isocr. 17, 11 ἀπαγγέλλοντες, ὅτι ὁ πατὴρ ἀφεῖται, καὶ Σατύρῳ οὕτως ἁπάντων μεταμέλει τῶν πεπραγμένων, ὥστε πίστεις τὰς μεγίστας αὐτῷ δεδωκὼς εἴη. Xenoph. Hell. 3, 5, 23 ἐλογίζοντο δὲ καὶ τὸ ἱππικὸν ὡς τὸ μὲν ἀντίπαλον πολὺ, τὸ δὲ αὐτῶν ὀλίγον εἴη, τὸ δὲ μέγιστον, ὅτι οἱ νεκροὶ ὑπὸ τείχει ἔκειντο, ὥστε οὐδὲ κρείττοσιν οὖσι διὰ τοὺς ἀπὸ τῶν πύργων ῥᾴδιον εἴη ἀνελέσθαι. Cyrop. 5, 3, 47 πάνυ γὰρ αὐτῷ ἐδόκει θαυμαστὸν εἶναι, εἰ . . . ὁ στρατηγὸς οὕτως ἠλίθιος ἔσοιτο,

ὥστε οὐκ εἴσοιτο τῶν ὑφ' ἑαυτῷ ἡγεμόνων τὰ ὀνόματα. 5, 5, 30 τί δέ, . . . εἴ τις τὴν γυναῖκα τὴν σὴν οὕτω θεραπεύσειεν ὥστε φιλεῖν αὐτὴν μᾶλλον ποιήσειεν ἑαυτὸν ἢ σέ, ἆρ' ἄν σε, τῇ εὐεργεσίᾳ ταύτῃ εὐφράναι; ubi nonnulli, ut Bornemannus, ex codicis Med. al. auctoritate ponunt infinitivum futuri ποιήσειν, quem nullo modo ferri posse p. — demonstrabitur. In Isocratis or. 6, 84 Bekkerus, Dindorfius, Turicenses editores habent: ἔτι δὲ τούτου καταγελαστότερον, εἰ . . . ἡμεῖς δ' εἰς τοσοῦτον μικροψυχίας ἔλθοιμεν ὥστε τὰ προστάγματα τούτων ὑπομεῖναι; Benseler et Blassius rectius, ut mihi videtur, cod. Urbin. secuti scripserunt ὑπομείναιμεν; quamquam enim infinitivus (ὑπομεῖναι) post εἰς τοῦτο ἥκειν in condicionali sententia usitatus est, tamen ne dicam de Urbinatis bonitate, „quae tanta est, ut non solum Isocratis ceteris codicibus omnibus sed etiam aliorum scriptorum graecorum libris manu scriptis plerisque antistet milibus trecentis“ (verba sunt Baiteri Sauppiique), cum consideraveris a Demosthene in or. 45, 83 dici προεληλυθὼς εἰς τοῦτο ὥστε ὑπὸ τῶν ἐμαυτοῦ δούλων ὑβρισθείς, Isocratem autem et ipsum simplici optativo post ὥστε usum esse et ὑπομεῖναι, ὧν propter hiatum vix scripturum fuisse, non dubium esse videbitur, quin optativus ὑπομείναιμεν servandus sit. Praeter haec unum exemplum exstat apud Euripidem in Iphig. Aulid. 417:

μήτηρ δ' ὁμαρτεῖ, σῆς Κλυταιμνήστρας δέμας,
καὶ παῖς Ὀρέστης, ὥστε τερφθείης ἰδών

quod valde suspicuum est; nonnulli putant ἄν inusitate in hoc loco omissum esse (vid. Kuehner. gramm. Gr. mai. II p. 221), Henningius coniecit ὥστ' ἂν ἡσθείης ἰδών, probabilius G. Hermannus (in ed. a. 1831) scripsit ὥς τι τερφθείης ἰδών.

Ex usu indicativi et optativi cum ἄν derivanda est infinitivi cum ἄν constructio, quam grammatici omnes videntur neglexisse. Genuinam eam non esse vel ex eo elucet, quod universa particulae ἄν cum infinitivo constructio sic orta est, ut ubi in recta oratione ἄν cum verbi modis, qui rectae orationis sunt, i. e. cum indicativo et optativo construebatur, ea oratione per infinitivum in obliquam versa, etiam infinitivo adiceretur ἄν (vid. Hermann. de partic. ἄν libr. IV p. 179). Nemo igitur erit, qui in locis uti Herod. 3, 105 εἶναι δὲ ταχυτῆτα οὐδενὶ ἑτέρῳ ὁμοῖον οὕτω ὥστε, εἰ μὴ προλαμβάνειν τοὺς Ἰνδοὺς τῆς ὁδοῦ ἐν ᾧ τοὺς μύρμηκας συλλέγεσθαι, οὐδένα ἄν σφεων ἀποσώζεσθαι. Thuc. 4, 29 σφίσι μὲν γὰρ τὰς ἐκείνων ἁμαρτίας καὶ παρασκευὴν ὑπὸ τῆς ὕλης οὐκ ἂν ὁμοίως δῆλα εἶναι, τοῦ δὲ αὑτῶν στρατοπέδου καταφανῆ ἂν εἶναι πάντα τὰ ἁμαρτήματα, ὥστε περιπίπτειν ἂν αὐτοὺς ἀπροσδοκήτως ᾗ βούλοιντο. 4, 73 νῦν δὲ κἂν τυχεῖν αὐτοὺς Ἀθηναίους μὴ βουληθέντας ἀγωνίζεσθαι, ὥστε ἀμαχεὶ ἂν περιγενέσθαι αὐτοῖς ὧν ἕνεκα ἦλθον. Lys. 18, 6. Isae. 3, 37. 39. Dem. 14, 33 al. particulam ἄν ex oratione recta servatam esse neget. Sed praeterea etiam alia exempla exstant, in quibus enuntiatio primaria per se constat: Thuc. 7, 42 ἀποτετειχισμένοι ἂν ἦσαν, ὥστε μηδ' εἰ μετέπεμψαν ἔτι ὁμοίως ἂν αὐτοὺς ὠφελεῖν. Lys. 12, 1 τοιαῦτα αὐτοῖς τὸ μέγεθος, καὶ τοσαῦτα τὸ πλῆθος εἴργασται, ὥστε μήτ' ἂν ψευδόμενον δεινότερα τῶν ὑπαρχόντων κατηγορῆσαι κτέ. 25, 15. Andoc. 1, 7. 2, 5. Dem. 50, 59. Xenoph. Anab. 6, 1, 31. Comm. 4, 8, 1 Plat. Phaedr. 235 B (Herm. μηδένα) al.; in omnibus fere huiuscemodi sententiis pro infinitivo indicativus vel optativus poni poterat, tantum, ubi sententia primaria negativa erat, uti Dem. 53, 1 οὐδ' αὖ οὕτως ἄπορος ἦν ὥστ' οὐκ ἂν ἐξευρεῖν τὸν ἀπογράψοντα, infinitivus poneretur necesse erat (conf. p. 49). Quae infinitivi in oratione recta cum particula ἄν coniuncti constructio mira est, quia infinitivus post ὥστε proprie non quid quis consecuturum esse vel fuisse putet, sed tantum quid consequi possit, indicat, neque ita frequens, nam ex iis, quos perlegi, scriptoribus ad quinquaginta exempla excerpsi; apud Hesiodum unum invenimus, op. et d. 43. 44

ῥηϊδίως γάρ μεν καὶ ἐπ' ἤματι ἐργάσσαιο
ὥστε σέ κ' εἰς ἐνιαυτὸν ἔχειν καὶ ἀεργὸν ἐόντα,

ubi Hermannus recte coniecit ὥστε καὶ εἰς ἐνιαυτόν (de particula καί post ὥστε vid. Hartung. partic. graec. I p. 136), apud Herodotum solum illud supra exscriptum, quod in oratione obliqua est, apud Aeschylum nullum.

Praeterea, ut ad tempora finita revertar, post ὥστε invenimus imperativum (conf. Klotzium ad Devar. p. 776) Soph. Electr. 1172 ὥστε μὴ λίαν στένε. Eurip. Electr. 953. Thuc. 1, 124. 6, 91. 7, 63. 64. Plat. Hipp. min. 373 B. Euthyd. 275 C.

(Phaedr. 274 A. Soph. 239 B). Dem. 19, 43. 22, 46. 52, 24, et sententias interrogativas particulis *πῶς, τί* sim. introductas Soph. Ai. 794. Aristoph. Eccles. 607. Thuc. 6, 18. Xenoph. Hell. 6, 1, 7. 5, 42. Anab. 2, 4, 6. Cyrop. 4, 3, 20. 8, 4, 11. 7, 8. Plat. Gorg. 464 D. Lys. 2, 77. 3, 32. 4, 7. 7, 6. 28. 11, 8. 13, 38. 87. 16, 21. Isocr. 2, 46. 5, 92. 8, 93. 15, 204. 220. 236. Isae. 1, 35. Lyc. 43. Dem. 16, 13. 18, 196. 57, 52. Hic usus propterea memorabilis est, quod particulae *ὥστε* numquam praecedit *οὕτως, τοιοῦτος* sim.; *ὥστε* enim ubique non ad singulam vocem, sed ad sententiam antecedentem spectat. Quod in Platonis Phileb. 13 A legimus: *γένει μέν ἐστι πᾶν ἕν, τὰ δὲ μέρη τοῖς μέρεσιν αὑτοῦ τὰ μὲν ἐναντιώτατα ἀλλήλοις, τὰ δὲ διαφορότητα ἔχοντα μυρίαν που τυγχάνει· καὶ πόλλ' ἕτερα οὕτως ἔχονθ' εὑρήσομεν, ὥστε τούτῳ γε τῷ λόγῳ μὴ πίστευε, τῷ πάντα τὰ ἐναντιώτατα ἓν ποιοῦντι,* sine dubio sic explicandum est, ut *οὕτως* ad praecedentia referamus.

Restat, ut de participio disseram. Cum Reinholdus Klotzius, quaest. crit. (Lips. a. 1831 ed.) p. 1 sq. in Dem. 10, 40 participium *φάσκοντα*, quod libri manuscripti plurimi et optimi habent et Hier. Wolfius et A. Augerus receperant, diserte defenderit neque minus in multis aliis locis participia ferri posse doctissime comprobaverit demonstrans „*Graecos quae fuit in iis et cogitandi et loquendi celeritas quum esset enunciatio quaedam per participium elata adiungereturque per particulam ὥστε quid ex eo esset consecutum, id neque verbo finito neque qui poterat exspectari infinitivo expressisse, sed eo ductos studio quo omnem orationis concinnitatem consectati sunt eam quoque enunciationem quae esset per particulam ὥστε adiicienda eodem quo erant usi participio conformasse, ita ut primo aspectu vix intelligatur unde secundum hoc participium pendeat, loco vero accuratius considerato appareat istud ipsum verbum finitum unde prius pendeat participium ad alterum quoque pertinere*“, neminem puto esse, qui hanc constructionem Graeco sermoni repugnare et coniecturis, ut multi ante Klotzium fecerunt, e libris tollendam esse dicat aut cum Schaefero infinitivum ex *ὥστε* pendentem excidisse putet. Qui de hac re scripserunt, ii omnes Klotzio assentiuntur: H. Sauppius ad Dem. 3, 1. Baiterus ad Isocr. 4, 64. Schoemannus ad Isae. 9, 16. Stallbaumius ad Plat. Tim. 56 C. Funkhaenelius quaest. Demosth. p. X. Vide etiam, quae Klotzius ipse ad Devar. II. p. 774 sq. addidit. Loci, in quibus participium invenitur, sunt hi: Plat. Republ. 519 A *ἢ οὔπω ἐννενόηκας... κακίᾳ ἠναγκασμένον ὑπηρετεῖν, ὥστε ὅσῳ ἂν ὀξύτερον βλέπῃ, τοσούτῳ πλείω κακὰ ἐργαζόμενον*; Isocr. 4, 64 *φαίνονται δ' ἡμῶν οἱ πρόγονοι τοσοῦτον ἁπάντων διενεγκόντες, ὥσθ' ὑπὲρ μὲν Ἀργείων δυστυχησάντων Θηβαίοις, ὅτε μέγιστον ἐφρόνησαν, ἐπιτάττοντες κτέ.* Isae. 9, 16 *ἐπιδείξω . . . οὕτω σφόδρα καὶ δικαίως μισοῦντα τοῦτον, ὥστε πολὺ ἂν θᾶττον διαθέμενον μηδένα ποτὲ τῶν ἑαυτοῦ οἰκείων διαλεχθῆναι Κλέωνι, μᾶλλον ἢ τὸν τούτου υἱὸν ποιησάμενον.* Andoc. 4, 20 *τῶν θεατῶν συμφιλονεικούντων ἐκείνῳ καὶ μισούντων τοῦτον, ὥστε τῶν χορῶν τὸν μὲν ἐπαινούντων, τοῦ δ' ἀκροάσασθαι οὐκ ἐθελόντων.* Dem. 10, 40 *ὁρῶ . . . οὐδ' οὕτως ἀγνώμονα οὐδ' ἄτοπον τῶν ὄντων οὐδένα, ὥστε, εἰ μὴ ποιήσουσιν ἅπαντες ὅσ' ἂν αὐτός, οὐ φάσκοντα ποιήσειν οὐδὲν οὐδ' αὐτόν.* 45, 83 *συγγνώμην ἔχειν, εἰ προεληλυθὼς εἰς τοῦτο ὥστε ὑπὸ τῶν ἐμαυτοῦ δούλων ὑβρισθεὶς οὐ δύναμαι κατασχεῖν κτέ.* 61, 3 *ὁρῶν . . . τοσοῦτον διημαρτηκότας τοῦ τὰ βέλτιστα κρίνειν ὥστε διὰ τοὺς λυμαινομένους τῷ πράγματι καὶ πρὸς τοὺς μετὰ σωφροσύνης πλησιάζειν ἀξιοῦντας δυσκόλως διακειμένους, ἡγησάμην κτέ.* 3, 1 *τοὺς μὲν γὰρ λόγους περὶ τοῦ τιμωρήσασθαι Φίλιππον ὁρῶ γιγνομένους, τὰ δὲ πράγματα εἰς τοῦτο προήκοντα, ὥστε ὅπως μὴ πεισόμεθα αὐτοὶ πρότερον κακῶς σκέψασθαι δέον.* Xenoph. Cyrop. 7, 5, 46 *τὰ τοῦ πολέμου τοιαῦτα ἐγίγνωσκον ὄντα, ὡς μὴ ὑστερίζειν δέον τὸν ἄρχοντα.* Qua ratione haec participia explicanda essent, recte Klotzius percepit et explorate ostendit; cum comparaveris exempla ut Isocr. 4, 21 *οὐδεὶς γὰρ ἂν ἑτέραν πόλιν ἐπιδείξειε τοσοῦτον ἐν τῷ πολέμῳ τῷ κατὰ γῆν ὑπερέχουσαν ὅσον τὴν ἡμετέραν ἐν τοῖς κινδύνοις τοῖς κατὰ θάλατταν διαφέρουσαν* et Plat. Tim. 56 C *πάντα οὖν δὴ ταῦτα δεῖ διανοεῖσθαι σμικρὰ οὕτως, ὡς καθ' ἓν ἕκαστον μὲν τοῦ γένους ἑκάστου διὰ σμικρότητα οὐδὲν ὁρώμενον ὑφ' ἡμῶν κτέ.*, non dubium erit, quin secundum participium propter aequalitatem positum sit, ut pariter utrumque aptum esset a verbo finito et oratio concinnior fieret. Ceterum nihil clarius quam

hic participii et ille optativi post optativum positi usus monstrat comparativam consecutivi *ὥστε* significationem a Graecis semper servatam esse.

§ 5.

Regulae de infinitivo et indicativo.

De causis, cur saepe infinitivus occurrat, ubi de rebus in facto positis sermo sit, homines docti varia protulerunt; nonnulli ex discrimine, quod est inter infinitivi et indicativi naturam, profecti sunt, alii de pronomine demonstrativo praemisso aut non praemisso cogitaverunt, alii alia dixerunt; inutile est accuratius de iis exponere; nam ne is quidem, qui omnium cautissime iudicat, hanc rem absolvit; Akenius enim l. l. p. 126 habet: „*Im Allgemeinen steht, wo der Hauptsatz nicht eine eigentliche Handlung, sondern nur eine Beschaffenheit ausspricht, die dem Subjekt erst in Folge des Nebensatzes zukommt, letzterer im Indic. So stets in den unendlich häufigen Sätzen von der Form eo stultitiae, audaciae venit: εἰς τοσοῦτον ἦλθε ἀναιδείας* etc.“ et deinde p. 127: „*Giebt aber der Hauptsatz selber eine einzelne Handlung an, wenn der Nebensatz ebenfalls eine solche angiebt, der Indic.; bringt letzterer aber eine allgemeine Beschaffenheit, der Infin.*“, quibuscum conferas ea, quae paulo post affert, exempla Dem. 60, 7 *ἐκράτησαν οὕτως ὥστε ἐκβαλεῖν.* 24, 88. 59, 91. Hoc constat certam legem, quae utrum infinitivus an indicativus ponendus sit in universum stricte determinet, non exstare, sed scriptores non modo res, quae consequi possint, verum etiam quae revera consecutae sint, saepe ponere in infinitivo. Tamen observatum est post nonnulla enuntiationum genera infinitivum usurpari solere. Cum enim indicativi sit rem aliquam consequi vel consecutam esse indicare, a principio, cum animum huc adverteris, exspectabis in consecutionibus, quae pendeant ex enuntiationibus, quae ipsae non per se constent, indicativum locum habere non posse; nam si causa non est in facto, etiam id, quod efficit, esse non potest. Quattuor causis fit, ut secundaria sententia indicativum habere non possit: primaria aut in infinitivo est dependens ex verbo di-

cendi sim. aut negativa aut condicionalis aut interrogativa. Si primaria a verbo dicendi pendet, consentaneum est etiam secundariam, quae ex ea sequatur, verbi regentis obiectum esse ideoque in infinitivo ponendum[1]): Lys. 3, 1 *οὐκ ἂν ποτ' αὐτὸν εἰς τοσοῦτον τόλμης ἡγησάμην ἀφικέσθαι ὥστε . . . εἰς ὑμᾶς ἐλθεῖν.* 5, 2 *ἐνόμιζον μὲν οὖν οὕτω μετοικεῖν αὐτὸν ἐν ταύτῃ τῇ πόλει, ὥστε πολὺ πρότερον ἀγαθοῦ τινος τεύξεσθαι παρ' ὑμῶν ἢ κτέ.* 21, 18 *οὕτως ἡγοῦμαί μοι πεπολιτεῦσθαι καὶ ὑμᾶς εἰδέναι, ὥστε οὐδὲν δεῖν με ἀπολογήσασθαι περὶ αὐτῶν* al. Indicativum rarissime invenimus, Eurip. Troad. 971

ἐγὼ γὰρ Ἥραν παρθένον τε Παλλάδα
οὐκ εἰς τοσοῦτον ἀμαθίας ἐλθεῖν δοκῶ,
ὥσθ' ἣ μὲν Ἄργος βαρβάροις ἀπημπόλα,
Παλλὰς δ' Ἀθήνας Φρυξὶ δουλεύειν ποτέ.

Aristoph. Nub. 1342

ἀλλ' οἴομαι μέντοι σ' ἀναπείσειν, ὥστε γε
οὐδ' αὐτὸς ἀκροασάμενος οὐδὲν ἀντερεῖς.

Plat. Leg. III p. 692 D *τόδε λέγω τὸ πρῶτον μὲν ἐκείνων τῶν πόλεων τριῶν οὐσῶν μίαν ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἀμῦναι, τὼ δὲ δύο κακῶς οὕτως εἶναι διεφθαρμένα, ὥστε ἡ μὲν καὶ Λακεδαίμονα διεκώλυεν ἐπαμύνειν αὐτῇ, πολεμοῦσα αὐτῇ κατὰ κράτος, ἡ δὲ κτέ.*

Ubi exprimitur aliquid consequi posse vel potuisse, si id, quod primaria sententia non esse indicat, in facto positum esset vel fuisset, sed non consequi vel consecutum esse, quia illud non in facto positum sit vel fuerit, non indicativum, sed infinitivum locum habere manifestum est: Isocr. 5, 124 *οὐδεὶς τοσοῦτον πεφρόνηκεν ὥστ' ἐπιχειρῆσαι τῆς Ἀσίας ἡμᾶς ποιῆσαι κυρίους.* Aeschin. 3, 46 *οὐδ' ἂν ἰδιώτης οὐδὲ εἷς οὔ-*

---

1) Vix opus est adnotari ea exempla, in quibus secundaria sententia consequatur ex primariae verbo regenti, huc non pertinere, ut Xenoph. Hell. 6, 5, 29 *ἔφασαν ἀπογράψασθαι πλέον ἢ ἑξακισχιλίους, ὥστε φόβον αὖ οὗτοι παρεῖχον συντεταγμένοι.* Cyrop. 2, 2, 19. 4, 23, etiam si in primaria pronomen demonstrativum praecedat, Isocr. 15, 321 *οἶδα γὰρ ἐμαυτὸν οὕτως ὁσίως καὶ δικαίως κεχρημένον αὐτοῖς . . . ὥστε . . . τῶν νῦν περὶ ἐμὲ γιγνομένων οὐδὲν αὐτοὺς οἶμαι λανθάνειν.* Lys. 14, 38. Isae. 9, 3. Lyc. 102. Dem. 24, 139.

τως ἀγεννὴς γένοιτο, ὥστε ὃν αὐτὸς ἔδωκε στέφανον ἅμα ἀνακηρύττειν καὶ ἀφαιρεῖσθαι καὶ καθιεροῦν. Dem. 3, 21 *οὐ γὰρ οὕτως ἄφρων οὐδ' ἀτυχής εἰμι ἐγώ, ὥστε ἀπεχθάνεσθαι βούλεσθαι μηδὲν ὠφελεῖν νομίζων.* Tamen scriptores interdum indicativum ponunt, nempe ut orationem fortiorem et acriorem reddant: Herod. 2, 120 *οὐ γὰρ δὴ οὕτω γε φρενοβλαβὴς ἦν ὁ Πρίαμος, οὐδὲ οἱ ἄλλοι οἱ προσήκοντες αὐτῷ, ὥστε τοῖσι σφετέροισι σώμασι καὶ τοῖσι τέκνοισι καὶ τῇ πόλι κινδυνεύειν ἐβούλοντο, ὅκως Ἀλέξανδρος Ἑλένῃ συνοικέῃ.* Eurip. Troad. 971. Phoen. 1612. Aristoph. Nub. 977. Antiph. 5, 43. Lys. 13, 18. Isae. 4, 24. Dem. 18, 30.

Similis est ratio condicionalium sententiarum: Isocr. 6, 25 *εἰ οὕτως ἔχομεν ὥστε μηδὲ περὶ ἑνὸς ἀντιλέγειν.* 19, 47. Lys. 3, 29. Isae. 1, 21. 2, 43 al. Indicativus ponitur, ubi *εἰ* fere idem est atque *ὅτι*: Lys. 34, 11 *οὐκ οὖν αἰσχρὸν εἰ εἰς τοῦτο κακίας ἥξομεν, ὥστε οἱ μὲν πρόγονοι καὶ ὑπὲρ τῆς τῶν ἄλλων ἐλευθερίας Ἑλλήνων διεκινδύνευον, ὑμεῖς δὲ οὐδὲ ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας αὐτῶν τολμᾶτε πολεμεῖν.* Dem. 8, 23 *εἰ γὰρ ἤδη τοσαύτην ἐξουσίαν τοῖς αἰτιᾶσθαι καὶ διαβάλλειν βουλομένοις δίδοτε, ὥστε καὶ περὶ ὧν φασι μέλλειν αὐτὸν ποιεῖν, καὶ περὶ τούτων προκατηγορούντων ἀκροᾶσθε, τί ἄν τις λέγοι*; 21, 215. 39, 26. 54, 15; in or. 19, 218 *μήτε — μήτε* spectat ad infinitivum, sequitur autem per anacoluthum indicativus.

Denique infinitivus usurpatur in interrogationibus, maxime in iis, quae negativum sensum habent: Isocr. 4, 140 *οὐκ . . . τελευτῶντες οὕτως αἰσχρῶς ἀπηλλάγησαν, ὥστε τοὺς ἀφεστῶτας μηκέτι τὴν ἐλευθερίαν ἀγαπᾶν, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν ὁμόρων ζητεῖν ἐπάρχειν;* 5, 20. 8, 111. 112. 12, 122 saepissime. Ubi indicativus sequitur, is qui dicit aut periratus acriter interrogat aut res, quae sunt vel factae sunt, rhetorice, ut dicitur, interrogatione describit; exempla sunt fere haec: Herod. 1, 32 *ὦ ξεῖνε Ἀθηναῖε, ἡ δὲ ἡμετέρη εὐδαιμονίη οὕτω τοι ἀπέρριπται ἐς τὸ μηδέν, ὥστε οὐδὲ ἰδιωτέων ἀνδρῶν ἀξίους ἡμέας ἐποίησας;* Soph. Oed. R. 532

ἢ τοσόνδ' ἔχεις
τόλμης πρόσωπον ὥστε τὰς ἐμὰς στέγας
ἵκου, φονεὺς ὢν τοῦδε τἀνδρὸς ἐμφανῶς
λῃστής τ' ἐναργὴς τῆς ἐμῆς τυραννίδος;

Aristoph. Nub. 832. Plat. Crit. 51 A. Rep. 374 C. Euthyphr. 15 A. Lys. 3, 34. 10, 13. 14. Dem. 19, 115.

Haec habebam, quae de infinitivo dicerem. Indicativo res in facto positae exprimuntur; sed huiuscemodi res etiam infinitivo exprimi vidimus. In nonnullis tantum dictionibus indicativus usitatus est: *εἰς τοῦτο . . . ἥκειν, τοσούτου δέω, τοσοῦτον ἀπέχω.* Post *εἰς τοῦτο . . . ἥκειν ὥστε,* ut ab ea incipiam, quae frequentissima est, primitus nihil obstat quominus etiam infinitivus sequatur, quod intelliges, cum similia comparaveris: Thuc. 1, 49 *ξυνέπεσεν ἐς τοῦτο ἀνάγκης ὥστε ἐπιχειρῆσαι.* 7, 62 *ἐς τοῦτο ἠναγκάσμεθα ὥστε πεζομαχεῖν.* 8, 76 *ἐς τοσοῦτον καταστήσονται ὥστε αὐτοὶ δυνατώτεροι εἶναι;* sed per usum factum est, ut semper, si sententia primaria per se constabat, indicativus poneretur. Cum enim huius dictionis sit insolentes, maxime nefarias qualitates vel inexspectatas condiciones iis, quas effecerunt, rebus indicatis describere, res, quae re vera consecutae sint, plus aptare ad hoc illustrandum quam quae consequi possint, apparet; atque tantum has res in facto positas valere videmus, ut maiorem vim quam causa, ex qua consecutae sint, habeant et ea, quibus opus est, argumenta afferant. Quo fit, ut, quod attinet ad formam, qualitates vel condiciones iis, quae effecerunt, illustrentur, revera autem haec forma tantum singulis factis describendis et efferendis inserviat. Verba igitur *εἰς τοῦτο . . . ἥκειν ὥστε* paulatim certa dictio, maxime oratoribus usitatissima, quae eandem ubique formam habet, facta sunt; nam quae apud antiquiores et poetas invenimus: Herod. 7, 118 *ἐς πᾶν κακοῦ ἀπίκατο οὕτω ὥστε ἀνάστατοι ἐγένοντο.* Plat. Soph. 238 D *καθίστησι εἰς ἀπορίαν τὸ μὴ ὂν οὕτως, ὥστε κτέ.* Eurip. Phoen. 361, vel Plat. Lys. 212 A *ἐγὼ δὲ οὕτω πόρρω εἰμὶ τοῦ κτήματος ὥστε οὐδ' . . . οἶδα* vel Eurip. Androm. 170 *εἰς τοῦτο δ' ἥκεις ἀμαθίας, δύστηνε σύ, ἢ παιδὶ πατρὸς . . . τολμᾷς ξυνεύδειν.* Thuc. 3, 57 *ἐς τοῦτο γὰρ δὴ ξυμφορᾶς προσκεχωρήκαμεν, οἵτινες . . . ἀπωλλύμεθα* sim., in oratoribus Atticis frustra quaeres; contra genitivus, ut a Sophocle in Ai. 729 et Euripide in Med. 569. Phoen. 1328, a nullo eorum omittitur nisi a Lysia in or. 27, 10 *εἰς τοσοῦτον ἥκομεν, ὥστ' . . . εἰσφέρουσιν* et a Demosthene in or. 45, 83 *προε-*

ληλυθὼς εἰς τοῦτο ὥστε . . . ὑβρισθείς, quamquam usitatum est εἰς τοῦτο προάγειν, καθιστάναι. Isocr. 5, 55. 6, 47. 7, 81. 12, 69 saepissime, pronominis autem demonstrativi ubique ponitur neutrum praeter Isocr. 5, 47. 66 εἰς τοσαύτην μεταβολὴν ἦλθε et 11, 14 εἰς τοσαύτην ὑπερβολὴν εὐδαιμονίας ἥκουσιν, et Dem. 40, 58 εἰς τοσαύτην ὑπερβολὴν τόλμης ἥκουσιν; si προάγειν, καθιστάναι εἰς dicitur, fere semper pronomen in eodem genere est quo substantivum, Lys. 32, 19. Isocr. 4, 118. 5, 59. 7, 69 al. Quae cum ita sint, indicativum in huiusmodi sententiis ubique collocari non mirum est. Infinitivum in oratione recta ter invenimus, ubi in secundaria sententia non singulum subiecti primariae factum infertur. Isocr. 14, 3 ἐπειδὴ εἰς τοῦθ' ἥκομεν ἀτυχίας, ὥστε μὴ μόνον ἡμῖν εἶναι τὸν ἀγῶνα πρὸς τούτους ἀλλὰ καὶ τῶν ῥητόρων πρὸς τοὺς δυνατωτάτους κτλ. et 16, 16 εἰς τοῦτο δὲ μανίας ἀμφοτέρων ἀφιγμένων ὥστε μηδετέροις μηδεμίαν ἐλπίδ' εἶναι σωτηρίας et Plat. Leg. 900 B οὐ δυνάμενος δυσχεραίνειν θεοὺς εἰς τοῦτο νῦν τὸ πάθος ἐλήλυθας, ὥστ' εἶναι μὲν δοκεῖν αὐτούς, τῶν δὲ ἀνθρωπίνων καταφρονεῖν; similiter Isocr. 5, 66 Κῦρος . . . εἰς τοσαύτην ἦλθε μεταβολὴν ὥσθ' ἁπάσης τῆς Ἀσίας γενέσθαι δεσπότης, infinitivus γενέσθαι positus videtur, quia Cyrus per hanc μεταβολήν non statim totius Asiae potitus est, sed eo venit, ut potiri posset. Denique Dem. 4, 37 legimus: ὁ δ' εἰς τοῦθ' ὕβρεως ἐλήλυθεν ὥστ' ἐπιστέλλειν Εὐβοεῦσιν ἤδη τοιαύτας ἐπιστολάς; in hoc loco, quia Philippus revera epistolas misit, non dubito, quin ἐπιστέλλειν mutandum sit in ἐπέστειλεν; Akenius l. l. p. 260 defendit infinitivum his verbis: „Vom Aorist würde sicher nicht der Infin., sondern der Indic. stehen; ἐπιστέλλειν = „zu schicken wagt", ἐπιστέλλει wäre: „und jetzt fortwährend schickt"; si hoc rectum esset, infinitivus praesentis multo saepius positus esset.

Infinitivum sequi, si enuntiatio primaria pendeat ex verbo dicendi, sentiendi, Lys. 3, 1. 29, 7, 31, 1. Isocr. 7, 9, 14, 34. Aeschin. 3, 256. Dem. 19, 72. 21, 65 al., aut negativa sit, Herod. 3, 146. Eurip. Hippol. 1332. Phoen. 963. 1328. Dem. 21, 62, aut condicionalis, Lys. 3, 29. Dem. 22, 65. Plat. Leg. 853 D. 869 A, aut interrogativa, Isocr. 14, 13. 43. 17, 46. 21, 14, per se patet.

Eadem atque huius dictionis est natura aliarum duarum, quae maximae inter se congruunt, τοσοῦτον δέω . . . ὥστε et τοσοῦτον ἀπέχω τοῦ . . . ὥστε, quibus scriptores, si quem nullo modo hoc vel illud fecisse dicere volunt, saepissime utuntur, ut certo atque noto exemplo eum plane contrarium fecisse demonstrent (conferas quaeso similem constructionem, quae multo rarior est, Plat. Theaet. 167 B καὶ τοὺς σοφούς, ὦ φίλε Σώκρατες, πολλοῦ δέω βατράχους λέγειν, ἀλλὰ κατὰ μὲν σώματα ἰατροὺς λέγω, κατὰ δὲ φυτὰ γεωργούς et 179 D πολλοῦ καὶ δεῖ φαύλη εἶναι, ἀλλὰ περὶ μὲν τὴν Ἰωνίαν καὶ ἐπιδίδωσι πάμπολυ). Manifestum est ea, quae afferuntur ad hoc comprobandum, revera facta esse debere; totam autem dictionem nihil nisi oratoriam esse vel ex eo apparet, quod excepto Platone (Men. 71 A) solum ab oratoribus usurpatur et ubique eandem habet formam; Lysias solus in or. 30, 8 οὕτω πολλοῦ pro τοσούτου dicit. Infinitivum semel invenimus, Dem. 40, 22 τοσούτου ἐδέησε περιγενέσθαι τι τοῖς ἐκείνου παισὶ τῆς οὐσίας ἀπογραφείσης καὶ δημευθείσης, ὥστ' οὐδὲ τὸ ὄφλημα πᾶν ὑπὲρ αὐτοῦ ἐκτεῖσθαι, ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν ὁ Πάμφιλος . . . ἐγγέγραπται, ubi Bekkeri coniecturam ἐκτέτεισται rectam esse p. 65 videbimus. Isocr. 15, 315, ubi Reiskius χρῆσθαι habebat, nunc recte scribitur χρῆσθε. Obliqua aut negativa cet. primaria sententia numquam est.

Etiam τοσούτου ἀπέχειν . . . ὥστε oratores soli usurpare videntur. Infinitivus bis in oratione obliqua, Isocr. epist. 7, 8 ἀκούω Κλέομμιν . . . τοσοῦτον ἀπέχειν τοῦ τῶν πολιτῶν τινας ἀποκτείνειν ἢ φυγαδεύειν . . ., ὥστε πολλὴν μὲν ἀσφάλειαν παρέχειν τοῖς συμπολιτευομένοις, κατάγειν δὲ τοὺς φεύγοντας, et Dem. 14, 33 ἐγὼ τοίνυν οἶμαι τοσοῦτον ἀπέχειν Θηβαίους τοῦ μετ' ἐκείνου ποτ' ἂν ἐλθεῖν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας, ὥστε πολλῶν ἂν χρημάτων . . . πρίασθαι γενέσθαι τινὰ αὐτοῖς καιρόν κτλ. Praeterea ἂν cum optativo invenimus Dem. 37, 49 καίτοι τοσούτου δεῖς ἐλέου τινὸς ἄξιος εἶναι, ὥστε μισηθείης ἂν δικαιότατ' ἀνθρώπων ἐξ ὧν πεπραγμάτευσαι. 19, 259 τοσοῦτ' ἀπέχουσι τοῦ τοιοῦτόν τι ποιεῖν, ὥστε θαυμάζουσι καὶ ζηλοῦσι καὶ βούλοιντ' ἂν αὐτὸς ἕκαστος τοιοῦτος εἶναι. Isocr. 6, 70 τοσοῦτον δ' ἀπέχω τοῦ ποιῆσαί τι τῶν προστατιομένων, ὥστ' . . . οὐδ' ἂν οὕτω μεταγνοίην.

§ 6.

De temporibus in sententiis consecutivis.

His de modis, quibus scriptores post *ὥστε* usi sunt, positis breviter disserendum est de temporibus. Infinitivi tempora propria esse praesens et aoristum facile concedes, si qua ratione infinitivi constructio orta esse censenda sit memineris, praeterea autem etiam perfectum et futurum nonnumquam occurrunt. Perfecto infinitivi praeter Dem. 18, 283 *ἡγεῖ . . . τοσοῦτον ὕπνον καὶ λήθην ἅπαντας ἔχειν ὥστ' οὐ μεμνῆσθαι*, ubi in oratione recta esset indicativus *μέμνηνται* (conf. p. 48) nullae aliae res, quam quae revera consecutae sunt, inferuntur; infinitivus igitur, cum praeterea non modo praeterito, Thuc. 6, 12 *νεωστὶ ἀπὸ νόσου μεγάλης καὶ πολέμου βραχύ τι λελωφήκαμεν, ὥστε καὶ χρήμασι καὶ τοῖς σώμασιν ηὐξῆσθαι.* Isocr. 3, 32 *πρός τε γὰρ τοὺς πολίτας μετὰ τοιαύτης πραότητος προσηνέχθην ὥστε μήτε φυγὰς μήτε θανάτους μήτε χρημάτων ἀποβολὰς . . . γεγενῆσθαι.* 9, 47 *ταῖς ἄλλαις κατασκευαῖς οὕτως ηὔξησε τὴν πόλιν ὥστε μηδεμιᾶς τῶν Ἑλληνίδων ἀπολελεῖφθαι.* Lys. 32, 27. Dem. 3, 25. 18, 257. 19, 55, sed etiam praesenti praeeunte, Isae. 10, 1 *οἱ μὲν γὰρ καὶ λέγειν δεινοὶ καὶ παρασκευάσασθαι ἱκανοί, ὥστε καὶ ὑπὲρ ἑτέρων πολλάκις ἐν ὑμῖν ἠγωνίσθαι.* Dem. 23, 207 *ὁρᾷ . . . τὰ τῆς πόλεως οἰκοδομήματα καὶ κατασκευάσματα τηλικαῦτα καὶ τοιαῦτα, ὥστε μηδενὶ τῶν ἐπιγιγνομένων ὑπερβολὴν λελεῖφθαι.* Plat. Men. 80 A *γοητεύεις με καὶ φαρμάττεις καὶ ἀτεχνῶς κατεπᾴδεις, ὥστε μεστὸν ἀπορίας γεγονέναι.* Lach. 186 C, inveniatur, sine dubio propterea admissus esse censendus est, quod consecutiones aliquando factae ad praesens usque tempus permanebant (vid. Isocr. 10, 37 *οὕτω νομίμως καὶ καλῶς διῴκει τὴν πόλιν, ὥστ' ἔτι καὶ νῦν ἴχνος . . . καταλελεῖφθαι*). Nonnullis locis, inter quos omnes ii sunt, in quibus de rebus non in facto positis sermo est, perfecta usurpantur, quae praesentis sensum habent Xenoph. Cyrop. 6, 1, 40 *βουλευμάτων κοινωνὸν ἄν σε ποιοῖντο διὰ τὸ πιστεύειν, ὥστε μηδὲ ἕν σε λεληθέναι ὧν βουλόμεθα εἰδέναι.* De re equ. 10, 2 *μυωπίζοντες καὶ παίοντες ἐκπλήττουσιν, ὥστε τεταράχθαι καὶ κινδυνεύειν.* Cyneg. 8, 1 *ὅταν νίφῃ ὁ θεὸς ὥστε*

ἠφανίσθαι τὴν γῆν. Plat. Conviv. 192 E *ἐθέλω ὑμᾶς συντῆξαι καὶ συμφῦσαι εἰς τὸ αὐτό, ὥστε δύ' ὄντας ἕνα γεγονέναι καὶ ἕως τ' ἂν ζῆτε, ὡς ἕνα ὄντα, κοινῇ ἀμφοτέρους ζῆν* al. Ceterum perfectum non saepius quam tricies fere invenitur.

Difficilior est quaestio de futuro infinitivi. Post particulam *ὥστε*, quae aliquam rem ex alia consequi posse exprimat, positum esse eius temporis infinitivum, quod aliquid certe futurum esse indicet, veri dissimile videtur; quae res aperte causa fuit, cur permulti homines docti de hac constructione dubitationem esse non posse diserte confirmare et comprobare studuerint; vid. Schaeferum appar. crit. ad Dem. I, p. 841. 601. II, p. 492. IV, p. 445 et ad Theogn. p. 17. Bremium ad Dem. Olynth. 2, 9 et ad Phil. 3, 67. Jenickium observ. in Isaeum p. 9. Bornemannum ad Xenoph. Cyrop. 5, 5, 30 (ed. Goth.) al. Haec sententia, quamquam, id quod omnes quod sciam illi omiserunt, sustentari potest consuetudine Graecorum utendi infinitivi futuro, ubi lingua et Latina et vernacula praesenti utitur, uti post *δοκεῖν*, Plat. Phaedr. 230 E, *βούλεσθαι*, Herod. 4, 111, *δύναμαι*, Soph. Phil. 1394 al., non possum quin eam perversam esse dicam. Quod ut facilius perspicias, omnia quae collegi exempla enumero. Sunt haec: Herod. 1, 189 *ἐπηπείλησε οὕτω δή μιν ἀσθενέα ποιήσειν, ὥστε τοῦ λοιποῦ καὶ γυναῖκάς μιν εὐπετέως τὸ γόνυ οὐ βρεχούσας διαβήσεσθαι.* 8, 57 *ἤν κως δύνῃ ἀναγνῶσαι Εὐρυβιάδεα μεταβουλεύσασθαι ὥστε αὐτοῦ μενέειν.* Thuc. 3, 34, 3 *ὁ δὲ προκαλεσάμενος ἐς λόγους Ἱππίαν τῶν ἐν τῷ διατειχίσματι Ἀρκάδων ἄρχοντα, ὥστε, ἢν μηδὲν ἀρέσκον λέγῃ, πάλιν αὐτὸν καταστήσειν ἐς τὸ τεῖχος σῶν καὶ ὑγιᾶ.* Xenoph. Cyrop. 5, 5, 30 *τί δέ . . . . εἴ τις τὴν γυναῖκα τὴν σὴν οὕτω θεραπεύσειεν, ὥστε φιλεῖν αὐτὴν μᾶλλον ποιήσειεν ἑαυτὸν ἢ σέ, ἆρ' ἄν σε τῇ εὐεργεσίᾳ ταύτῃ εὐφράναι;* 4, 2, 13 *οὕτω νομίζομεν ἔχειν, ὡς οὐχ ἡμᾶς ἐφ' ὑμῖν ἔσεσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον, ἢν οἱ θεοὶ θέλωσιν, ὑμᾶς ἐφ' ἡμῖν γενέσθαι.* Lys. 5, 2 *ἐνόμιζον μὲν οὖν οὕτω μετοικεῖν αὐτὸν ἐν ταύτῃ τῇ πόλει, ὥστε πολὺ πρότερον ἀγαθοῦ τινος τεύξεσθαι παρ' ὑμῶν ἢ ἐπὶ τοιαύταις αἰτίαις εἰς τοσοῦτον κίνδυνον καταστήσεσθαι.* Isocr. 10, 44 *ἠπίστατο γὰρ . . . τὴν εὐγένειαν ἀεὶ τοῖς αὐτοῖς παραμένουσαν, ὥστε ταύτην μὲν τὴν αἵρεσιν ὑπὲρ ἅπαντος τοῦ γένους*

ἔσεσθαι κτέ. 12, 155. *οὕτως οἶμαι σαφῶς ἐπιδείξειν, ὥστε μήτε τοὺς ἀνοήτως λακωνίζοντας ἀντειπεῖν δυνήσεσθαι τοῖς ῥηθεῖσι, μήτε τοὺς κτέ.* 14, 34 *ἐγὼ δ' . . . ἡγοῦμαι . . . οὔτε Θηβαίους εἰς τοῦτο μανίας ἥξειν ὥστ' ἀποστάντας τῆς συμμαχίας Λακεδαιμονίοις ἐνδώσειν τὴν πόλιν.* 19, 41 *οὐ γὰρ ᾤμην αὐτοὺς οὕτω δυστυχήσειν, ὥστ' ἄπαιδας ἀμφοτέρους τελευτήσαντας εἰς ἔλεγχον καταστήσειν.* Isae. 1, 32 *οἴεσθε οὖν, ὦ ἄνδρες, τὸν οὑτωσὶ πρὸς ἑκατέρους ἡμᾶς διακείμενον ἡμῖν μέν, οἷς οἰκειότατα ἐχρῆτο, οὕτω ποιεῖν ὥστε μηδὲ λόγον ὑπολείψειν.* Aeschin. 1, 174 *κατεπαγγέλλεται . . . τοσούτους καὶ τηλικούτους ἐκκαλέσεσθαι παρὰ τῶν δικαστῶν θορύβους . . ., ὥστ' οὐδὲ ἀπαντήσεσθαί με ἐπὶ τὸ δικαστήριον ἀπολογησόμενον.* 2, 21 *τοιαῦτα ἐρεῖν ἔφη ὥστε ἀπορράψειν τὸ Φιλίππου στόμα ὁλοσχοίνῳ ἀβρόχῳ.* 3, 96 *εἶναι δὲ πολλοὺς ἄλλους τῶν Ἑλλήνων οὓς βούλεσθαι κοινωνεῖν τῆς συντάξεως, ὥστε οὔτε χρημάτων οὔτε στρατιωτῶν ἔσεσθαι ἀπορίαν.* § 256 *οἴεται γὰρ ὑμᾶς εἰς τοσοῦτον εὐηθείας ἤδη προβεβηκέναι ὥστε καὶ ταῦτα ἀναπεισθήσεσθαι.* Dem. 9, 67 *τηλικαύτην ἡγεῖσθαι πόλιν οἰκεῖν τὸ μέγεθος, ὥστε μηδ' ἂν ὁτιοῦν ᾖ δεινὸν πείσεσθαι.* 16, 4 *ἔστι τοίνυν ἔν τινι τοιούτῳ καιρῷ τὰ πράγματα νῦν . . . ὥστε Θηβαίους μὲν Ὀρχομενοῦ καὶ Θεσπιῶν καὶ Πλαταιῶν οἰκισθεισῶν ἀσθενεῖς γενέσθαι, Λακεδαιμονίους δ', εἰ ποιήσονται τὴν Ἀρκαδίαν ἐφ' ἑαυτοῖς καὶ Μεγάλην πόλιν ἀναιρήσουσι, πάλιν ἰσχυροὺς γενήσεσθαι.* 19, 72 *εἰς τοίνυν τοῦτ' ἀναιδείας καὶ τόλμης αὐτὸν ἥξειν ἀκούω, ὥστε . . . Ἡγησίππου κατηγορήσειν.* § 151 *τῶν λοιπῶν ἀφέξεσθαι, ἢ μὴ ποιοῦντος ταῦτα ἀπαγγελεῖν ἡμᾶς εὐθέως δεῦρο, ὥστ' ἐν ἐκείνοις τοῖς πόρρω καὶ ἐλάττοσι τὴν πλεονεξίαν καὶ τὴν ἀπιστίαν ἰδόντας ὑμᾶς περὶ τῶνδε τῶν ἐγγὺς καὶ μειζόνων, λέγω δὲ Φωκέων καὶ Πυλῶν, οὐ προήσεσθαι.* § 153 *κλείσειν τὰ ἐμπόρια καὶ χρημάτων τ' ἐν σπάνει καὶ τῶν ἄλλων ἐν πολιορκίᾳ πάλιν αὐτὸν καταστήσειν, ὥστ' ἐκεῖνος ὁ δουλεύσων ἔσεσθαι τοῖς ἀπὸ τῆς εἰρήνης λυσιτελοῦσιν, οὐχ ὑμεῖς.* 29, 5 *ἐπιδείξω δὲ τοῦτον οὐ μόνον ὡμολογηκότα εἶναι τὸν Μιλύαν ἐλεύθερον, ἀλλὰ καὶ φανερὸν τοῦτ' ἔργῳ πεποιηκότα . . . οὕτω μεγάλοις καὶ φανεροῖς ἐλέγχοις, ὥσθ' ὑμᾶς πάντας εἴσεσθαι σαφῶς ὅτι ἡμεῖς μὲν ἀληθῆ λέγομεν, οὗτος δ' οὐδὲν ὑγιὲς εἴρηκεν.* 30, 4 *ἀποδείξω γὰρ αὐτὸν οὐ μόνον τὴν προῖκ' οὐ δεδωκότα . . . οὕτω μεγάλοις τεκμηρίοις καὶ φανεροῖς ἐλέγχοις, ὥσθ' ὑμᾶς ἅπαντας εἴσεσθαι ὅτι δικαίως καὶ προσηκόντως οὗτος φεύγει ταύτην ὑπ' ἐμοῦ τὴν δίκην.* Aristoph. Ach. 148

ὁ δ' ὤμοσε σπένδων βοηθήσειν, ἔχων
στρατιὰν τοσαύτην ὥστ' Ἀθηναίους ἐρεῖν,
ὅσον τὸ χρῆμα παρνόπων προσέρχεται.

Vides praeter Herod. 8, 57. Xenoph. Cyrop. 5, 5, 30. Dem. 16, 4. 30, 4, de quibus vide infra, omnibus locis etiam primariam sententiam esse in infinitivo futuri vel alius temporis ex verbo dicendi vel sentiendi dependentem. Itaque, cum sententia secundaria semper in infinitivo ponatur, si primaria et ipsa ex verbo dicendi sim. dependens in infinitivo est, et inter exempla allata non modo nullum sit, quod in oratione recta in infinitivo esse debeat (vid. p. 30), sed etiam tria sint, quae in oratione recta in indicativo esse debent, Isocr. 14, 34. Aeschin. 3, 256. Dem. 19, 72, nemo negabit in oratione recta futurum fuisse, ut omnia illa exempla indicativum post *ὥστε* haberent, infinitivum igitur ob eam tantum causam positum esse, quia sententiae primariae sint in infinitivo. Vehementer igitur errant, qui particulam *ὥστε* cum futuro infinitivi aeque ac cum praesenti vel aoristo construi putant. Herod. 8, 57 omnes editores habent *μεταβουλεύσασθαι ὥστε αὐτοῦ μενέειν*, Kruegerus solus cum optimis codicibus recte *μένειν*. (4, 136 Madvigius adv. crit. I. p. 304 perverse putat scribendum esse *στρατεύσεσθαι* pro *στρατεύσασθαι*). Neque minus reiciendus est infinitivus *ποιήσειν* Xenoph. Cyrop. 5, 5, 30; optativus *ποιήσειεν* post *θεραπεύσειεν* optime se habet. Dem. 16, 4 tempora infinitivorum variari (*γενέσθαι—γενήσεσθαι*) absonum est; Schaeferus appar. crit. I, p. 841 putat *γενήσεσθαι* in utroque loco probari posse, Madvigius l. l. p. 175 tollendum prorsus esse in priore loco *γενέσθαι* male interpositum, ut *γενήσεσθαι* in extremo loco positum et ad *ἀσθενεῖς* et ad *πάλιν ἰσχυρούς* pertineat; sed aperte in altero quoque loco scribendum est *γενέσθαι*, pro quo facile *γενήσεσθαι* scribi poterat, ut in Plat. Phaedr. 269 D in codd. H et Flor. b. De eadem duorum deinceps periodi membrorum clausula vid. Voemel. ad Dem. l. d. Dem. 29, 5 et 30, 4 verba *οὕτω μεγάλοις τεκμηρίοις καὶ φανεροῖς ἐλέγχοις* pertinent ad verbum

regens *ἀποδείξω*; legendum igitur est . . *ὥσθ' ὑμεῖς ἅπαντες εἴσεσθε*; sicuti 30, 3 legimus: *ὅμως μέντοι τοσοῦτον οἴομαι διοίσειν τῷ δικαιότερα τούτου λέγειν, ὥστ' εἰ καί τις ὑμῶν πρότερον τοῦτον ἡγεῖτο εἶναι μὴ πονηρόν, ἔκ γε τῶν πεπραγμένων γνώσεσθ' ὅτι κτέ.* Ceterum in Soph. Oed. Col. 385

ἤδη γὰρ ἔσχες ἐλπίδ' ὡς ἐμοῦ θεούς
ὤραν τιν' ἕξειν

ὡς non pro *ὥστε* est; conf. Aesch. Eum. 798

αὐτός θ' ὁ χρήσας αὐτὸς ἦν ὁ μαρτυρῶν,
ὡς ταῦτ' Ὀρέστην δρῶντα μὴ βλάβας ἔχειν.

al.

Verbi finiti usus liberior est; et perfectum et futurum creberrime invenimus. Animadvertendum autem est ad interpunctionem ante futurum ponendam; plerumque enim iure fortior ponitur interpunctio, ita ut *ὥστε* verti possit *itaque*, Isocr. 5, 31. 142. 6, 69. 8, 139. 11, 40. 15, 278 al., vel poni potest, Isocr. 1, 36. Dem. 18, 40. 23, 92 al., quia fere semper demonstrativum ante *ὥστε* deest; praecedit tantum Herod. 3, 12. 7, 16. Isocr. 3, 36. Lyc. 148. Aeschin. 1, 128. Din. 1, 48. Dem. 30, 4. 40, 53. 54, 15; prorsus igitur diversa est condicio eorum locorum, qui infinitivi futurum praebent; hi enim fere omnes correlativam rationem integram habent, quippe qua primaria et secundaria sententia ex uno eodemque verbo aptae artius consocientur.

§ 7.

De negationibus in sententiis consecutivis.

Postremo agamus de negationibus *οὐ* et *μή* et verbo finito et infinito adiunctis. Qua in quaestione usum particulae *μή* coniunctivo adhortativo, Plat. Crit. 452 B cet., vel imperativo, Soph. Electr. 1172. Eurip. Electr. 953. Thuc. 1, 124. 6, 91 al., additae prorsus negligendum esse per se patet. Usitatam verbi finiti negationem esse *οὐ*, infiniti *μή* notum est; sed interdum *μή* invenimus, ubi *οὐ* exspectamus, et *οὐ*, ubi rectius *μή* locum habere videtur. In universum hanc quaestionem solvere studuit Fr. Guil. Engelhardtius, qui ad Plat. Euthyphr. 14 D (in ed. Plat. Dial. quattuor ed. Berol.

a. 1825) haec habet, *ὥστε οὐ* merum effectum indicare, *ὥστε μή* vero simul consilium eius, cuius actio describatur; explicare vult, cur a Platone dictum sit non *ὥστε μή*, sed *ὥστε οὐ χαμαὶ πεσεῖται ὅ τι ἂν εἴπῃς*; putat igitur etiam indicativo, cum simul consilium indicet, *μή* addi posse sicuti infinitivo, cum merum effectum exprimat, *οὐ*. Haec opinio falsa est; nam et indicativus post *ὥστε* numquam consilium indicare potest (Engelhardtius ipse nullum exemplum affert), et saepissime particula *μή* infinitivo addita res in facto positae exprimuntur. Tenendum est, id quod quisque cum paucos tantum cuiusvis scriptoris libros legerit videbit, usitatam indicativi negationem esse *οὐ*, infinitivi *μή* (conf. Baeumlein. libr. „griech. Partikeln" p. 273); itaque necesse est quaestio dividatur et, quomodo fieri potuerit, ut indicativo *μή*, infinitivo *οὐ* adiungeretur, enucleetur.

Atque, ut ab indicativo incipiamus, *μή* cum indicativo rarissime invenimus; Akenius p. 125 unum tantum exemplum habet, Dem. epist. 3 p. 1478 *εἰ οὕτως ἕξετε, ὥσθ' οἱ μὲν ἀχθεσθέντες τι τοῖς ὑπὲρ τοῦ δήμου πολιτευομένοις μηδὲ πρὸς τελευτήσαντας διαλλαγήσονται, ἀλλὰ καὶ τοῖς παισὶ τὴν ἔχθραν διαφυλάξουσιν κτέ.*; addo Dem. 19, 218 *εἰ . . . τοσαύτης ἀνανδρίας καὶ κακίας ὑμεῖς ὁμολογεῖτε εἶναι μεστοί, ὥστε μήτ' ἐν τῇ χώρᾳ τῶν πολεμίων ὄντων μήτ' ἐκ θαλάττης πολιορκούμενοι μήτ' ἐν ἄλλῳ μηδενὶ δεινῷ τῆς πόλεως οὔσης, ἀλλὰ καὶ σῖτον εὔωνον ὠνούμενοι . . . εἶτα τὴν εἰρήνην ἐποιήσασθε ἀγαπητῶς κτέ.* 54, 15 *ὑβρισθῆναι ἂν νομίσαιμι . . ., εἰ ταῦτ' ἀληθῆ δόξει Κόνων οὑτοσὶ λέγειν περὶ ἡμῶν, καὶ τοσαύτη τις ἄγνοια παρ' ὑμῖν ἐστιν, ὥσθ', ὁποῖος ἄν τις ἕκαστος εἶναι φῇ ἢ ὁ πλησίον αὐτὸν αἰτιάσηται, τοιοῦτος νομισθήσεται, τοῦ δὲ καθ' ἡμέραν βίου καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων μηδ' ὁτιοῦν ἔσται τοῖς μετρίοις ὄφελος.* Soph. Trach. 575

ἔσται φρενός σοι τοῦτο κηλητήριον
τῆς Ἡρακλείας, ὥστε μήτιν' εἰσιδών
στέρξει γυναῖκα κεῖνος ἀντὶ σοῦ πλέον.

Praeterea huc referendi sunt Isocr. 12, 155 *οὕτως οἶμαι σαφῶς ἐπιδείξειν, ὥστε μήτε τοὺς ἀνοήτως λακωνίζοντας ἀντειπεῖν δυνήσεσθαι τοῖς ῥηθεῖσι κτέ.* et Dem. 9, 67 *μωρία καὶ κακία . . . τηλικαύτην ἡγεῖσθαι πόλιν οἰκεῖν τὸ μέγεθος, ὥστε*

μηδ' ἂν ὁτιοῦν ᾖ δεινὸν πείσεσθαι; nam si infinitivi futurum non poni nisi primaria secundariaque sententia e verbo dicendi sim. dependente, ortum igitur esse ex indicativo orationis rectae supra recte demonstratum est, exspectamus in his quoque locis negationes *οὔτε* et *οὐδέ*, ut Aeschin. 1, 174. 3, 96. Dem. 19, 151. 153. Primus et tertius eorum, qui allati sunt, locorum ita comparati sunt, ut appareat Demosthenem, qui solus hac constructione usus est, naturam primariarum sententiarum condicionalem etiam in secundariis, quippe quae non minus condicionales essent, particula *μηδέ* posita exprimere voluisse. Tamen Akenius Dem. 21, 109 *εἴ τις χρῷτο τῷ πλούτῳ, ᾧ μὴ — θήσεται* et Plat. Rep. 9, 578 E *εἴ τις θείη, ὅπου μηδεὶς μέλλοι βοηθήσειν* adhibens nimis violenter regulam fingit: „*so lange der Satz mit ὥστε Behauptungen bringt, ist seine Negation οὐ; wo er aber Fortsetzung einer Bedingung bildet, μή, beim Indic. wie beim Opt*“. Nam, id quod Akenius (p. 129) non ignorat, verbum sententiarum consecutivarum, quae ex condicionalibus sententiis aptae sunt, in infinitivo poni debet, etiamsi secundaria sententia est negativa (vide ex Demosthene or. 19, 42. 53, 23); quare indicativus quoque in illis exemplis maxime inusitatus et insolens est; nemo igitur illo *μή* huic indicativo adiuncto perducetur, ut Akenii generalem regulam ad unum exemplum explicandum fictam comprobet. Non dubium est, quin Demosthenes propterea a vulgari infinitivi ponendi consuetudine discesserit, ut, quid futurum esset, indicativo accuratius atque elegantius describeret, negatione autem *μή* usus sit propter condicionalem rationem. In eiusdem or. 19, 218 indicativus *ἐποιήσασθε* per anacoluthum infertur pro *ποιήσασθαι.* In Soph. Trach. 576 *μήτινα* positum esse videtur, quia veste illa, si a Deianira conservetur, Nessus dicit Herculem impeditum iri quominus aliam mulierem amet. Denique apud Isocratem in or. 12, 155 et apud Demosthenem in or. 9, 67 censendum est etiam in oratione recta negationem futuram fuisse *μήτε* et *μηδέ* (*ὥστε μήτε οἱ ἀνοήτως λακωνίζοντες δυνήσονται* et *ὥστε μηδ' ἂν ὁτιοῦν ᾖ δεινὸν πείσεται*) simul atque in Dem. 19, 324 legimus: *ὑποσχήσονται, ἐξ ὧν μηδ' ἂν ὁτιοῦν ᾖ κινηθήσονται.* 23, 86 *ὁ γράφων ἰδίᾳ τι Χαριδήμῳ τοιοῦτον, ὃ μὴ πᾶσι καὶ ὑμῖν ἔσται,*

σαφῶς καὶ παρὰ τοῦτον ἂν εἰρηκὼς εἴη τὸν νόμον. 25, 92 *τοσοῦτον ἀναθεῖναι τίμημα χρημάτων ὅσον μὴ δυνήσεται φέρειν.*

Infinitivo *οὐ* saepius adiungitur quam indicativo *μή*. Engelhardtius l. l. putat in Plat. Apol. 26 D *οὕτω καταφρονεῖς τῶνδε καὶ οἴει αὐτοὺς ἀπείρους γραμμάτων εἶναι, ὥστε οὐκ εἰδέναι* per *οὐ* merum effectum indicari; inepte. Neque minus falsum est, quod idem ad Apol. 37 . . . *εἰ οὕτως ἀλόγιστός εἰμι, ὥστε μὴ δύνασθαι λογίζεσθαι* dicit: „*ὥστε μή non ὥστε οὐ propterea hic positum esse videtur, quod oratio pendet ex enunciato hypothetico, quod ni esset, sequeretur ὥστε οὐ*“; nam etiam si non hypothetica esset tota sententia, sequeretur *ὥστε μή.* Sommerus in annal. philol. a. 1831 p. 370 sq. contra hanc Engelhardti opinionem dicit: „*Vielmehr steht überhaupt ὥστε οὐ nach οὕτως, wenn als Folge ein einzelner wirklicher Fall, ὥστε μή aber, wenn derselbe allgemein gedacht wird«;* sed infinitivus ubique universum sensum habet vel potius aliquid, etiam si revera consequitur vel consecutum est, consequi posse indicat. Aliam atque multo probabiliorem rationem instituit Hertleinius in observ. crit. in Xenoph. hist. Graec. (Werthemi a. 1836 ed.) p. 37 sq., cui ante omnia tenendum esse videtur, ubi negetur aliquid fieri posse, *ὥστε μή* cum infinitivo, ubi autem aliquid factum esse negetur, *ὥστε οὐ* cum verbo finito poni. Deinde commemorat a Xenophonte „*in sexcentis locis. in quibus ὥστε particulae negativae iungitur, summa constantia οὐ poni, quoties verbum finitum, μή autem, quoties infinitivus sequatur*“, excipiendos esse duo tantum locos, Hell. 6, 2, 6 *ἔφασαν τοὺς στρατιώτας εἰς τοῦτο τρυφῆς ἐλθεῖν, ὥστε οὐκ ἐθέλειν πίνειν, εἰ μὴ ἀνθοσμίας εἴη,* et Comm. 4, 8, 1 *οὕτως ἤδη τότε πόρρω τῆς ἡλικίας ἦν, ὥστε, εἰ καὶ μὴ τότε, οὐκ ἂν πολλῷ ὕστερον τελευτῆσαι τὸν βίον.* Hic *οὐ* eodem modo ei videtur positum esse quo nonnumquam post *εἰ* condicionale legatur, ubi „*arctissime coniunctum cum verbo sequenti debet, ita ut cum hoc verbo coniunctum unam notionem constituat, cuiusmodi est οὐκ οἶδα, nescio ignoro*“ (verba sunt Hermanni ad Viger. p. 831); sic *οὐκ ἐθέλειν* esse *nolle*, *οὐ πολλῷ ὕστερον* idem quod *ὀλίγῳ ὕστερον.* Eodem modo antea Schaeferus appar. crit. ad Dem. II, p. 492 negationem *οὐ* in Herod. 1, 189 *καί οἱ ἐπηπείλησε, οὕτω δή*

μιν ἀσθενέα ποιήσειν, ὥστε τοῦ λοιποῦ καὶ γυναῖκάς μιν εὐπετέως τὸ γόνυ οὐ βρεχούσας διαβήσεσθαι, defenderat haec breviter adnotans: „*Al. μή. Difficilis optio: nam utramque scripturam commendat auctoritas librorum bonorum. Et μή quidem praeferas ob solennem huius structurae rationem, ut quae solam hanc negativam admittere videatur. Rursus οὐ sic tuearis, ut dicas eius notionem cum notione sequentis participii coalescere. Sane οὐ βρεχούσας τὸ γόνυ nihil aliud est quam ἀβρόχους τὸ γόνυ*“. Secuti sunt eos Stallbaumius ad Plat. Apol. 26 D. Poppo ad Xenoph. Anab. 7, 1, 29 et ad Thuc. 5, 40 ed. mai. Kuehnerus gramm. Gr. mai. II. p. 748. Ellendtius lexic. Soph. ed. 2. p. 808 al. Rationem, qua usi sunt, per se esse improbandam non dixerim; nam recte Hertleinius simillimum particulae *οὐ* post *εἰ* usum adhibet. Sed primum haec particulae *οὐ* cum verbo sequenti articissima coniunctio ipsa non tam certa neque tam dilucide explicata est, ut ad eandem constructionem post particulam *ὥστε*, quae prorsus alienam ab *εἰ* naturam habet, comprobandam arcessi possit; Akenius §§ 234 et 235 demonstrat post *εἰ* pro *οὐ φάναι negare* etiam *μὴ φάναι* poni, Dem. 47, 37. 34, 46. 21, 205, pro *οὐκ ἐᾶν impedire μὴ ἐᾶν*, Dem. 16, 12, sim., ubi *μή* eodem modo cum sequenti voce coniungendum sit, ut in *τὸ μὴ ὄν, τὸ μὴ καλόν, ξένον καὶ μὴ πολίτην* (Dem. 57, 26), *τῶν μὴ Ἀθηναίων* (ib. § 61) al. Nihil igitur obstabat, quominus diceretur *μὴ ἐθέλειν* (Xenoph. Hell. 6, 2, 6), *μὴ μεμνῆσθαι* (Dem. 18, 283), *μὴ αἰσχύνεσθαι* (19, 308) *μὴ εἰδέναι* (Plat. Apol. 26 D). Deinde causa, cur Graeci dixerint *οὐ φημί*, ubi Latini utuntur verbo *negare*, et *οὐκ ἐθέλειν* pro *nolle*, nota est; cur autem, ubi una notio usurpanda esse videbatur, *οὐ μεμνῆσθαι* pro *ἀμνημονεῖν, οὐκ αἰσχύνεσθαι* pro *ἀναισχυντεῖν, οὐ δύνασθαι* pro *ἀδυνατεῖν* sim. poni necesse fuerit, etiam si consuetudo dicendi postularet *μή*, nihil video. Denique *μή* his verbis junctum saepe invenimus, ubi non minus unam notionem cum iis constituit: *μὴ εἶναι* Thuc. 3, 21. 7, 11; *μὴ βούλεσθαι* Aeschin. 3, 174; *μὴ δύνασθαι* Lys. 16, 16. Isocr. 6, 100. Plat. Phaed. 66 D. Cratyl. 427 D. Apol. 37 C. Xenoph. Anab. 3, 3, 16. Quibus de causis Hertleinii sententia reicienda videtur et *οὐ* alio modo, de quo primus Poppo

ad Thuc. 5, 40 cogitavit, explicandum. Is enim et 5, 40 *τούς τε Ἀθηναίους εἰδέναι ταῦτα, ὥστε οὐδὲ πρὸς Ἀθηναίους ἔτι σφίσιν εἶναι ξυμμαχίαν ποιήσασθαι* et 8, 76 *ὥστε οὐδὲ τούτους, οἵπερ ἂν βουλεύοιέν τε χρηστόν, παρὰ σφίσι χείρους εἶναι* particulam *ὥστε* nihil nisi *itaque* valere, et infinitivum non propter hanc particulam, sed propter orationem obliquam positum esse, negationem autem orationis rectae servatam esse dicit. In his duobus Thucydidis locis Poppo *οὐ* recte explicat; quare mirum est, quod neque ipse neque ii, qui eum secuti sunt, Hertleinius al., viderunt etiam in multis aliis locis particulam *οὐ* propter eandem causam positum esse. Ac Poppo ut hoc non videret, sine dubio ea re perductus est, quod *ὥστε* in illis Thucydidis locis „*nihil nisi itaque*“ valet; sed utrum *ὥστε* verti possit *itaque* an vertendum sit *ut*, nihil refert; nullum igitur discrimen, quod attinet ad particulam, intercedit inter verba, quae sunt (*ᾤοντο*) . . . *τοὺς Ἀθηναίους εἰδέναι ταῦτα, ὥστε οὐδὲ πρὸς Ἀθηναίους ἔτι σφίσιν εἶναι ξυμμαχίαν ποιήσασθαι* et *οὕτω καταφρονεῖς τῶνδε καὶ οἴει αὐτοὺς ἀπείρους γραμμάτων εἶναι ὥστε οὐκ εἰδέναι*. Quare puto negationem *οὐ*, ubi in consecutivis sententiis primaria sententia in oratione obliqua posita inveniatur infinitivo adiuncta, servatam esse ex oratione recta. Haec explicandi ratio et per se probabilior est et exemplorum frequentia comprobatur. Exempla haec fere sunt. Herod. 1, 189 *ἐπηπείλησεν οὕτω δή μιν ἀσθενέα ποιήσειν, ὥστε . . . γυναῖκας τὸ γόνυ οὐ βρεχούσας διαβήσεσθαι*. 3, 105 *εἶναι δὲ ταχυτῆτα οὐδενὶ ἑτέρῳ ὁμοῖον, οὕτω ὥστε . . . οὐδένα ἂν ἀποσώζεσθαι*. Thuc. 5, 40. 8, 76. Lys. 10, 15 *τοῦτον οὕτω σκαιὸν εἶναι ὥστε οὐ δύνασθαι μαθεῖν τὰ λεγόμενα*. 18, 6 *τοιαῦτα ἐνομίζετο τὰ ὑπάρχοντα . . . εἶναι . . ., ὥστε οὐκ ἂν ποθ' ἑτέρας ἐπιθυμῆσαι πολιτείας*. 21, 18 *οὕτως ἡγοῦμαί μοι πεπολιτεῦσθαι, ὥστε οὐδὲν δεῖν με ἀπολογήσασθαι*. Isocr. 12, 255 *τοιοῦτον φρονῆσαι φῂς αὐτοὺς ὥστε . . . οὐχ ἡγήσασθαι σφᾶς αὐτοὺς ἀξίους εἶναι ζῆν*. Isae. 3, 39 *δοκεῖ ἂν ὑμῖν οὕτως ὀλιγώρως ἔχειν χρημάτων Νικόδημος, ὥστε ... οὐκ ἂν σφόδρα διακριβώσασθαι*; 11, 27 *ἐμὲ εἶναι αἴτιον ὡς ὁμολογήσαντα μεταδώσειν, ὥστε διὰ τοῦτ' οὐ παρακαταβάλλειν αὐτοῖς*. Aeschin. 1, 174 *τηλικούτους ἐκκαλέσεσθαι παρὰ τῶν δικαστῶν θορύβους . . ., ὥστ' οὐδὲ ἀπαντήσεσθαί με*. 3,

96 *εἶναι πολλοὺς ἄλλους τῶν Ἑλλήνων . . . ὥστε οὔτε χρημάτων οὔτε στρατιωτῶν ἔσεσθαι ἀπορίαν*. Dem. 18, 283 *τοσοῦτον ὕπνον καὶ λήθην ἅπαντας ἔχειν, ὥστε οὐ μεμνῆσθαι*. 19, 151. 153. 308 *οὕτω ἀτόπους τινὰς ἐν τῇ πόλει καὶ δυσχερεῖς ἀνθρώπους εἶναι ὥστε οὐκ αἰσχύνεσθαι*. Xenoph. Hell. 6, 2, 6. Plat. Apol. 26 D. Alcib. II, 143 D *οὕτω σοι δοκεῖ σφόδρα δεινὸν εἶναι τὸ πρᾶγμα, ὥστ' οὐδὲ ῥητέον εἶναι οὕτως εἰκῇ·* Phileb. 44 C. Leg. IX, 859 D. VII 806 A. Euthyd. 305 C. Vides non solum in iis exemplis, in quibus Hertleinius *οὐ* cum sequenti verbo coniunxit, sed etiam in aliis negationem orationis rectae servatam esse; interdum *οὐ* futuri infinitivo iunctum est; cum autem viderimus infinitivum ex indicativo orationis rectae mutatum esse, non minus *οὐ* ex oratione recta servatum esse censendum est; item *οὐκ ἄν* Lys. 18, 6. Isae. 3, 39. Herod. 3, 105, nam *μὴ ἄν* frequentissimum est; denique Xenoph. Hell. 6, 2, 6 in oratione recta nihil aliud dici poterat nisi *οἱ στρατιῶται εἰς τοῦτο τρυφῆς ἥκουσιν, ὥστε οὐκ ἐθέλουσι πίνειν κτέ.* Quae ratio minime improbatur ea re, quod saepius *μή* in sententiis, quae in oratio obliqua sunt, invenitur, uti Isocr. 4, 4 *ἐλπίζων τοσοῦτον διοίσειν ὥστε τοῖς ἄλλοις μηδὲν πώποτε δοκεῖν εἰρῆσθαι*. 12, 20. 144. Isae. 3, 51 al.; nam hic sine dubio etiam in oratione recta infinitivus locum haberet eiusque negatio esset *μή*.

In aliis nonnullis locis cur *οὐ* positum sit, ea causa est, quam Hertleinius al. voluerunt. Interdum enim *οὐ* non ad infinitivum, sed ad singulam vocem pertinet: Isocr. 8, 107 *ἐκεῖνοι οὕτω κακῶς προὔστησαν τῶν πραγμάτων, ὥσθ' ἡμᾶς οὐ πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον πάλιν ἐπιπολάσαι*, ubi *μή* prorsus alienum sensum effecturum esse quivis videt; Isae. 9, 17 *λέγεται . . . οὕτως αὐτὸν διατεθῆναι, ὥστε ἐκ τῶν πληγῶν αὐτὸν ἀσθενήσαντα οὐ πολλαῖς ἡμέραις ὕστερον ἀποθανεῖν*. Lys. 27, 13 *δῆλον ὅτι τοῖς ἀδικοῦσιν εὐνούστεροί εἰσιν ἢ ὑμῖν τοῖς ἀδικουμένοις, ὥστ' οὐ χάριτος ἄξιοι τυχεῖν ἀλλὰ τιμωρίας*. Lyc. 3 *νῦν δὲ περιέστηκεν εἰς τοῦτο, ὥστε τὸν ἰδίᾳ κινδυνεύοντα καὶ ὑπὲρ τῶν κοινῶν ἀπεχθανόμενον οὐ φιλόπολιν ἀλλὰ φιλοπράγμονα δοκεῖν εἶναι*. Plat. Gorg. 458 E *οὐκοῦν περὶ πάντων ὥστ' ἐν ὄχλῳ πιθανὸν εἶναι οὐ διδάσκοντα ἀλλὰ πείθοντα*; (ad enuntiationes inter se opponendas usurpatur *μή — ἀλλά*:

Isocr. 6, 28. 8, 127. 9, 42. Lyc. 82. Dem. 19, 226. Thuc. 4, 100. Plat Phaedr 264 C). Xenoph. Comm. 4, 8, 1 . . . *ὥστε οὐκ ἂν πολλῷ ὕστερον τελευτῆσαι*. Eurip. Phoen. 1357

οὐ μακρὰν γὰρ τειχέων περιπτυχαί,
ὥστ' οὐχ ἅπαντά σ' εἰδέναι τὰ δρώμενα

Restant non pauci loci, in quibus *οὐ* neque propter orationem obliquam positum est neque cum verbo sequenti coniungi potest. Dem. 9, 48 *οὕτω δ' ἀρχαίως εἶχον, μᾶλλον δὲ πολιτικῶς, ὥστε οὐδὲ χρημάτων ὠνεῖσθαι παρ' οὐδενὸς οὐδέν, ἀλλ' εἶναι νόμιμόν τινα καὶ προφανῆ τὸν πόλεμον*, ubi exspectamus *μηδέ*, quia verba *οὕτως δ' ἀρχαίως εἶχον* quamquam si sensum respicis ex *ἀκούω* pendent, per se constant; Kuehnerus II, p. 748 putat *οὐδέ* ferri posse, quia sit *ne — quidem*, sed *μηδέ ne — quidem* significans sexcenties invenitur. Idem *οὐδέ* est Eurip. Hel. 107

ἤδη γὰρ ἧπται καὶ κατείργασται πυρί
ὥστ' οὐδ' ἴχνος γε τειχέων εἶναι σαφές.

Plat. Leg. II, 669 C *οὐ γὰρ ἂν ἐκεῖναί γε ἐξαμάρτοιέν ποτε τοσοῦτον, ὥστε ῥήματα ἀνδρῶν ποιήσασαι τὸ σχῆμα γυναικῶν καὶ μέλος ἀποδοῦναι, καὶ μέλος ἐλευθέρων αὖ καὶ σχήματα ξυνθεῖσαι ῥυθμοὺς δούλων καὶ ἀνελευθέρων προσαρμόττειν, οὐδ' οὐ ῥυθμοὺς καὶ σχῆμα ἐλευθέριον ὑποθεῖσαι μέλος ἢ λόγον ἐναντίον ἀποδοῦναι τοῖς ῥυθμοῖς κτέ.*, ubi verba *ὁ δ' αὖ ῥυθμοὺς κτέ.*, liberius addi videntur. Dem. 40, 22 Baiterus et Sauppius habent: *πρῶτον μὲν γὰρ ὁ Πάμφιλος ὁ πατὴρ τῆς τούτου μητρὸς πέντε τάλαντα τῷ δημοσίῳ ὀφείλων ἐτελεύτησε, καὶ τοσούτου ἐδέησε περιγενέσθαι τι τοῖς ἐκείνου παισὶ τῆς οὐσίας ἀπογραφείσης καὶ δημευθείσης, ὥστ' οὐδὲ τὸ ὄφλημα πᾶν ὑπὲρ αὐτοῦ ἐκτεῖσθαι, ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν ὁ Πάμφιλος ὀφείλων τῷ δημοσίῳ ἐγγέγραπται;* non dubito, quin cum Bekkero legendum sit *ἐκτέτισται*, nam hic locus non ita comparatus est, ut prior sententiae secundariae pars in cogitatione tantum sit ideoque infinitivo exprimi possit, sed post *τοσούτου δέω . . . ὥστε* nullas res nisi in facto positas easque semper in indicativo inferri vidimus p. 53. De Plat. Theaet. 157 A *ὥστε ἐξ ἁπάντων τούτων, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἐλέγομεν, οὐδὲν εἶναι ἓν αὐτὸ καθ' αὑτό, ἀλλά τινι ἀεὶ γίγνεσθαι*. Soph. El. 780

ὥστ' οὔτε νυκτὸς ὕπνον οὔτ' ἐξ ἡμέρας

ἐμὲ στεγάζειν ἡδὺν, ἀλλ᾽ ὁ προστατῶν
χρόνος δεῆγέ μ᾽ αἰὲν ὡς θανουμένην.

Dem. 53, 1 *οὐδ᾽ αὖ οὕτως ἄπορος ἦν, ὥστε οὐκ ἂν ἐξευρεῖν τὸν ἀπογράψοντα* nihil habeo, quod dicam.

Reliquum est, ut praeter simplices negationes *οὐ* et *μὴ* etiam *μὴ οὐ* et *οὐ μή*, ex eadem qua in aliis sententiis causa, post particulam *ὥστε* poni commemorem; *μὴ οὐ* invenitur infinitivo iunctum Aesch. Eum. 299

οὔτοι σ᾽ Ἀπόλλων οὐδ᾽ Ἀθηναίας σθένος
ῥύσαιτ᾽ ἂν ὥστε μὴ οὐ παρημελημένον
ἔῤῥειν.

Soph. Ant. 96 *πείσομαι γὰρ οὐ*
τοσοῦτον οὐδὲν ὥστε μὴ οὐ καλῶς θανεῖν.

Herod. 8, 57 *οὔτε σφέας Εὐρυβιάδης κατέχειν δυνήσεται οὔτε τις ἀνθρώπων ἄλλος ὥστε μὴ οὐ διασκεδασθῆναι τὴν στρατιήν.* Xenoph. Rep. Ath. 3, 8 *πολὺ δ᾽ οὐχ οἷόν τε μετακινεῖν, ὥστε μὴ οὐχὶ τῆς δημοκρατίας ἀφαιρεῖν τι.* Plat. Crat. 393 E *οὐδὲν ἐλύπησεν, ὥστε μὴ οὐχὶ τὴν ἐκείνου τοῦ στοιχείου φύσιν δηλῶσαι.* Leg. IX, 880 E *οἱ δὲ (νόμοι γίγνονται) τῶν τὴν παιδείαν διαφυγόντων, ἀτεράμονι χρωμένων τινὶ φύσει καὶ μηδὲν τεγχθέντων, ὥστε μὴ οὐκ ἐπὶ πᾶσαν ἰέναι κάκην;* rarius *οὐ μή*, indicativo iunctum Aristoph. Pac. 1037

ὥστ᾽ οὐχὶ μὴ παύσει ποτ᾽ ὢν
ζηλωτὸς ἅπασιν

coniunctivo Plat. Phaedr. 227 D *ἔγωγ᾽ οὖν οὕτως ἐπιτεθύμηκα ἀκοῦσαι, ὥστ᾽ . . . οὐ μή σου ἀπολειφθῶ.*

Vita.

Fridericus Hermannus Seume Saxo-Borussus natus sum Bottendorpii a. d. IX Cal. Mart. anni h. s. LVI patre Friderico, matre Christiana e gente Pauli, quibus superstitibus laetor. Fidem profiteor evangelicam. Literarum primordiis in schola collecta quae nominabatur imbutus, vere anni LXX gymnasium Halense, quod ad hunc usque diem Ottone Nasemann directore floret, adii. Septem annis post maturitatis testimonium adeptus Heidelbergas me contuli, ubi scholis interfui vv. dd. Fischer, Osthoff, Schöll, Stark, Uhlig, Wachsmuth. Post bis sex menses Berolinum transmigravi, ubi stipendia feci et audivi vv. dd. Harms, Huebner, Kirchhoff, Michaelis, Muellenhoff, Scherer, J. Schmidt, Vahlen. Ab autumno anni LXXX in hac academia Georgia Augusta me docuerunt Baumann, Dilthey, Fick, W. Mueller, Sauppe, Volquardsen, Wilken. Exercitationibus ut interessem benigne permiserunt grammaticis Osthoff, theodiscis Henning, philologicis Huebner; seminarii philologici Gottingensis et societatis Muellerianae sodalis fui per tria semestria.

Praeceptoribus omnibus optime de me meritis gratias ago quam maximas.